




UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY



Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/corpusinscriptio01acad>





9225

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

PARISIIS

PROSTAT APUD C. KLINCKSIECK, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE LILLE, N° 11

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

AB

ACADEMIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM HUMANIORUM
CONDITUM ATQUE DIGESTUM

PARS QUARTA

INSCRIPTIONES HIMYARITICAS ET SABÆAS CONTINENS

TOMUS I



PARISIIS
E REIPUBLICÆ TYPOGRAPHEO

M DCCC LXXXIX

1875
29/9/93

PJ
3081
C6

par 4
L1

PROOEMIUM.

Titulos himyariticos et sabæos in Corpore inscriptionum semiticarum complectendos esse Academia inscriptionum et litterarum humaniorum ab initio, anno 1867, statuit. Quum, quindecim abhinc annis, hujus partis tractandæ munus et officium mihi primum obvenerunt, statim intellexi me grave negotium suscipere. Etenim, si æra circiter triginta 'Amràni reperta et Londinii in Museo Britannico servata, ac paucissimos lapides illuc etiam advectos omittas, epigraphia Himyaritica et Sabæa, natu minima inter cognatas epigraphiæ semiticæ disciplinas, tunc temporis nulla indagatoribus præsidia suppeditabat nisi exemplaria ex archetypis calamo descripta, quorum nec fidem explorare, nec menda corrigere valebant. Laudes et grates interpretibus agendæ sunt, qui, omni ope sic destituti, desperata aggressi, in studium perarduum incubuerunt et miro ingenii acumine obscura nonnunquam illustraverunt.

Exinde novam quotannis materiam optimam nancisci peropportune contigit. Aliquot æramenta, plurimi lapides Musea Europæ ita auxerunt ut prisca inopia prorsus evanesceret. Nec defuerunt ectypa chartacea, neque imagines luce solis expressæ. Quæ divitiæ nuperrime collectæ quum in medio ponerentur, rerum oculis et cogitationi subjectarum cognitio pariter crevit, et quid sibi valerent tituli paulatim planius dispicere licuit. Quin, occasione data libenter arrepta, viri ingeniosi simul ac docti, ut sæpe fit, exstiterunt qui hanc viam minime tritam munirent et magis expeditam, ipsi multo cum labore procedentes, ceteris facerent. Qui inveniendi et interpretandi duplex progressus in præsentī uno tenore continuatur, et, dum fervet opus, quotidie opperimur quorsum hæc omnia sint eruptura. Exempli causa, descriptionem titulorum ab urbe Şan'ão, hodierno Yemeni capite, incipimus, quum comperiamus Ma'ribum, antiquum regni Sabæorum caput, a quo exordiri oportuit, demum in eo esse ut arcana sua curiosis tradat largisque copiis proventus epigraphici egentes instruat.

Ejusmodi rerum improvisæ mutationes non sinunt amplam præfationem verbis multis nunc adjici, qua historiam epigraphiæ Yemenensis persequamur. Hæremus incerti in tanto studiorum concursu. Verum non longe ab eo tempore nos abesse auguramur quo peregrinatores et docti non jam fines domiti imperii promovere, parta autem colligere et componere imprimis curabunt.

Sed hæc hactenus. Superest ut summo [cum gaudio fatear quam dulce patri fuerit filium Hartwigium Derenbourg assiduum laboris consortem sedulumque operis adiutorem sibi adjunctum habuisse.

Scribebam Parisiis anno MDCCC LXXXVIII, die vicesimo mensis decembris.

JOSEPHUS DERENBOURG.

CORPUS INSCRIPTIONUM SEMITICARUM.

PARS QUARTA.

INSCRIPTIONES HIMYARITICÆ ET SABÆÆ.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES HIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN URBE ŞAN'Â ET IN REGIONE URBIS ŞAN'Â REPERTÆ.

ARTICULUS I.

ŞAN'Â.

In tabula populorum qua constat caput decimum Geneseos memorantur inter filios Yoḡtâni, versu 27°, Hādôrâm (הַדּוֹרָם) et Uzâl (אֲזַל). In versu primo fragmenti lapidei inediti, quod noster sodalis, vir doctissimus Carolus Schefer, Bibliothecæ Maximæ Parisiensi nuper donavit, legitur nomen proprium hominis vel tribus אֲזַל, הַדּוֹרָם, quod plane congruit cum traditione ejus Genesis in vocabulo הַדּוֹרָם memoriam servavit.

Nempe in Arabia meridionali Hādôrâm et Uzâl quærendi. Quis fuerit prioris situs incertum. Quod ad posteriorem attinet, Josephus Halévy (*Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, Paris, 1872, p. 11) negat Şan'â hodiernum Uzâlo biblico respondere; ceteri omnes rerum yemeniticarum indagatores, veteres et recentiores, Arabes et Europæi, peregrinatores et eruditi, consentiunt sub Uzâlo nomen antiquum urbis Şan'â, nunc provinciæ turcicæ, quæ *wilâyet* Yemeni dicitur, capitis, latere. Ita etiam nos censemus, atque, ut cetera testimonia taceamus, hic saltem verba quæ Al-Hamdânî et Al-Bakrî usurpaverunt asserre sat putamus.

Abû Moḡammad Al-Ḥasan ibn Aḡmad ibn Yaḡûb ibn Yûsuf ibn Dâwud, a tribu Hamdân Al-Hamdânî cognominatus, anno Hegiræ 334, Christi 945, mortuus, duo opera præcipue de antiquitatibus et geographia Yemeni scripsit: 1° «الأكلیل فی انساب جمیر وحروب ملوکها» «Corona de genealogiis Himyaritarum et eorum regum præliis», cujus decem sectionum (اجزاء) duæ solummodo, octava et decima, ad nos pervenerunt, ut bene jam docuerat vir inclytus, A. von Kremer, in libro suo eximio: *Culturgeschichte des Orients unter den Chalifen* (Wien, 1875-1877, 2 vol.), II, p. 421-422, et ab erudito professore vindobonensi, Davide Henrico Müller, magna ex parte communicatæ vel translatae


fuerunt (cf. *Südarabische Studien*, Wien, 1877; *Die Burgen und Schlösser Südarabiens nach dem Ikhl des Hamdân, erstes Heft*, Wien, 1879; *zweites Heft*, Wien, 1881, et in ejusdem permultis dissertationibus); 2^o *صفة جزيرة العرب* « Descriptio peninsulæ arabicæ », ex qua optima libaverat vir inter principes studiorum arabicorum numerandus A. Sprenger in *Die alte Geographie Arabiens* (Bern, 1875), et cujus textum arabicum integrum D. H. Müller extremo anno 1884 publici juris fecit, ita ut non jam ex codicibus manuscriptis, sed ex editione critica locos ad propositum nostrum spectantes afferre deinceps liceret. Statim et nunc latine versa ea subjiciemus, quæ pagina 55 laudatæ editionis leguntur: « Deinde urbs Şan'â, et ea est metropolis et centrum Yemeni, quia in media regione posita est. Distat ab 'Adeno sicut distat a finibus Yemeni, ad terram Nadjdi et Hidjâzi versus. Nomen urbis Şan'â in tempore ignorantiae erat Azâl (vel Izâl), et Syriæ incolæ eam nominant Şan'â castellum (صنعاء العَصْبَة). » Qui vocalium semiticarum debilitatem et mobilitatem animadverterit non mirabitur illic Uzâlum, hic Azâlum (cf. etiam *Al-Ikhl* in Müller, *Burgen*, 1, p. 45) et Izâlum quoque memorari.

Vocalis *u*, vocis Uzâl biblicæ Massoretarum lectioni peculiaris, ex ea nescio an in glossarium geographicum Al-Bakrîi manaverit. Aboû 'Obaid 'Abd Allâh ibn 'Abd al-'Aziz Al-Bakrî, ortu Hispanus, mortuus est ætate proventus anno Hegiræ 487, Christi 1094. De ejus vita vide clarissimum Dozy, *Notice sur les Becrites, seigneurs d'Huelva et de Djezrah Schaltisch, et sur la vie et les ouvrages du célèbre géographe Abu 'Obaid el-Becrî*, in prima editione sui operis *Recherches sur l'histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le moyen âge* (Leyde, 1849), p. 282 et sqq. Al-Bakrî multos de geographia et historia libros confecerat, inter quos eminent lexicon alphabeticum geographicum, cui titulum inscripsit *معجم ما استعجم* « Lexicon alphabeticum vocum quæ non liquent », et quod ab indefesso litterarum arabicarum cultore amantissimo et studiosissimo Ferdinando Wüstenfeld manu solerti ita descriptum est ut inde numerosa exempla ejus autographo similia excuderentur (Göttingen, 1876-1877, 2 vol.). Quatuor manuscriptis usus est; adde nunc quintum escuriale, de quo Hartwig Derenbourg, *Les manuscrits arabes de l'Escurial*, I (Paris, 1884), p. 524. Illic habes, p. 605 et 606, s. v. Şan'â: « Urbs in Yemeno. . . . Et fuit primus qui eam habitavit Şan'â, filius Udhâli (*lege*: Uzâli). . . . ; et ab eo nomen duxit. Alii contendunt Abyssinos, quum in urbem intravissent et eam vidissent lapidibus ædificatam, dixisse: Şan'â, Şan'â, quod in ipsorum lingua significat castellum, et inde nomen ei inditum esse. Dixit Al-Hamdânî: Et in tempore ignorantiae Udhâl (*lege*: Uzâl) nuncupabatur. » Ex eodem fonte similia in lexicon geographicum Yağûti (ed. Wüstenfeld, III, p. 421) manaverunt.

Et revera voce æthiopica *ጽንደ*, *Sené'e*, munimentum, græce *ὄχυρωμα*, significatur. In inscriptionibus Yemeni quoque, si nomen proprium urbis Şan'â adhuc non apparuit, radix tamen hoc sensu usurpata non semel occurrit. *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ*, sub *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ*, Hal., 49, v. 4, latere suspicamur. Titulus 14^{us} ex iis quos Academia nuper emit (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 75-84) substantivum *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ* « castellum », in versu 14^o, et formam verbi quæ Arabum quintæ respondet, *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ* « se muniverunt », in versu 6^o exhibet. Alterum exemplum verbi *ሀዕዳሽ* afferendum: in inscriptione prima *Huşni Gurâbi*, v. 8 (Fresnel, *Pièces relatives aux inscriptions himyarites découvertes par M. Arnaud*, p. 94; J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Gesellschaft*, XXXIX, 1885, p. 231), legitur *ሀዕዳሽ* | *ሀዕዳሽ* | *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ* « quum in eo se corroboraverunt ». Nomen ipsum certum etiam est in titulo 14^o Langeri (cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 74 et 80), ubi *ሀዕዳሽ*, *ሀዕዳሽ* = *المصنعة* « castellum », reperies.


Memoria hujus notionis voci مصنعة (cf. plurale مَصَانِع in *Corano*, xxvi, 129) apud Yemenenses subjectæ non solum apud Al-Bakrî, sed etiam apud ceteros Arabas permansit. Cujus testimonia afferunt Al-Hamdânî apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 269 et 270, annot. 2^a, et apud D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., 1, p. 85, 89 et alias; Hamza Ispahanensis, *Annales* (ed. Gottwaldt), p. 127 (cf. J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 56 et 57).

Nulla appellatio melius quam صنعاء *San'â* «urbs munita», cum hodierno provinciæ Yemeni capite, quale fuit, convenit, ita ut cognominis non secus ac nominis speciem præberet. Etenim descriptiones et ruinae testantur hic permulta castella, in locis editioribus posita, incolas sub eorum tutela degentes, ab incursionibus hostium protexisse. Inter hæc castella, arx Gumdân ceteris excelsior eminebat. Al-Hamdânî (*Al-Iklîl* apud Müller, *Die Burgen*, etc., 1, p. 53; cf. p. 13) docet eam «ex adverso portis primæ et secundæ inter orientales mosquitæ maximæ portas frontem obtulisse» (فهى قبالة الباب الاول والثانى من أبواب الجامع الشرقية). Si delineationem urbis *San'â*, ab Eduardo Glaser anno 1883 designatam et quam hic exprimendam curavimus, inspexeris, agnosces arcem Gumdân,



ut mos erat in antiquis civitatibus, ad securitatem et ornamentum urbis *San'â* tantum valuisse quantum Acropolim Athenarum, Sionem Hierosolymorum. Plura, non meliora, præbet delineatio urbis *San'â* quam Renzo Manzoni anno 1879 descripsit, et quam libro suo inseruit dicto: *El Yémen. Tre anni nell' Arabia felice* (Roma, 1884), p. 90.

Ed. Glaser, opera et auspiciis Academiae inscriptionum et litterarum humaniorum in Yemenum missus, hoc modo in relatione sua sexta inedita ea narrat quae ad confirmanda verba quibus Al-Hamdâni usus est comperit : « Revera in loco designato ingentem ruinarum collem inveni. Ad cuius ima multifariam occurrunt lapides quadrati pulchri, graves, glomerati perinde ac rudera murorum. Species, amplitudo, color horum lapidum (pulli sunt omnes, genere quod *habâsi*, id est abyssinum vocant) manifestum faciunt vicinam mosquitam *Al-Djâmi al-kabir* ex materiis arcis Gumdân constructam esse. » Placet hic delineationem exhibere qua Ed. Glaser opinionem suam illustrare tentavit.



In tabula nostra prima habes sedem quam Glaser arci Gumdân assignavit, ab ipso ex latere septentrionali occidentali mosquitæ maximæ solis luce expressam, et ejusdem originis monumentum quod *Gurkat al-Kalis* dicitur ex vicino ruinarum aggere ab ipso luce solis quoque expressum.


1

Langer, 12; Glaser, 2, 3, 24.

(TAB. II.)

Initium facimus a titulo bipartito, qui nunc in ipso *Al-Djâmi al-kabir* servatur. Fama est huic titulum ex vicino palatio Gumdâno in mosquitam allatum fuisse. Ejus exemplaria imperfecta jam diu in Europa enotuerant sub nomine inscriptionis Thafâri (طافري), de qua urbe, Şan'ao proxima (Yâkût, *Mu'djam*, III, p. 576 et seq.), infra (cf. titulum 15) agetur. Vide Osiander, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XVII (1863), p. 791; XIX (1865), p. 180. Archetypum vicissim Siegfriedus Langer et Eduardus Glaser, ignari alter alterius, ille Vindobonæ D. H. Muellero, hic

Parisiis nobis communicavit. Habes in delineatione quam hic inseruimus designationes locorum ubi Ed. Glaser titulos suos 1-15 et 17-19 positos animadvertit, in tabula autem secunda, ad mensuram



rei ipsius, imaginem ectypi chartacei, quod, adjuvante viro humanissimo, wälli assecla, Sewki Efëndî, Ed. Glaser sibi et nobis comparavit.

Duæ exstant tabulæ, ligneæ si Glasero credas, æræ si Langero confidas, quibus conjunctis titulum integrum adepti sumus, altæ 0^m,40, latæ separatim 0^m,25. Superpositæ sunt valvis ambabus portæ ferreæ *tâlka* (طالكا) dictæ, quæ nunc nemini aperitur nisi imâmo, quum ad *mihrabum* pergat ut precibus publicis præsideat.

Versus tituli sex integri, nisi quod in medio versus sexti tres characteres desiderantur, quibus faber manubrium portæ substituit. Sed, ut videbis, studia rerum himyaritarum jam non tali facultatum inopia laborant ut hujusmodi damna resarciri nequeant.

Titulum tractaverunt: OSIANDER in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XVII (1863), p. 791. — M. A. LEVY ex schedis Osianderi. *ibid.*, XIX (1865), p. 180, not. 2. — Joseph et Hartwig DERENBOURG, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, in *Journ. asiat.*, 8^e série, t. II (1883), p. 250, not. 1; separatim excusum (1884), p. 57, not. 1. — D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von Siegfried Langer* in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXVII (1883), p. 379-390; separatim excusum in *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 61-72; cf. Joseph et Hartwig DERENBOURG, *Erklärung* in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXVIII (1884), p. 152.

Hæc leguntur :

ḥ ḥḳḳḳḳḳḳḳḳ ∞ḳḳḳḳ	Π∞ ḳḳḳḳ ḳḳḳḳΠḳḳ∞	1
ḳḳ ḳḳḳḳΠḳḳḳḳḳ 03ḳḳ	ḳḳ ḳḳḳḳḳḳḳḳḳ ḳḳḳḳ	2
ḳḳ 0ḳḳ3 ḳḳḳḳḳḳ ∞ḳḳ	Π ḳḳḳḳḳḳḳḳḳ Πḳḳḳ	3
ḳḳΠ ḳḳḳḳ ∞ḳḳḳḳḳḳ	ḳḳḳ ḳḳḳḳḳ ḳḳḳḳḳḳ	4
1ḳḳ ḳḳḳḳḳḳḳ ḳḳḳḳ 1	ḳḳḳḳḳ ∞ḳḳḳḳḳḳ ḳḳ	5
ḳḳḳḳ ḳḳ1ḳḳ ḳḳḳḳ	ḳḳḳḳḳ ḳḳḳ ḳḳḳḳ ḳḳ	6

Quæ hebraicis litteris sic transcribe, expleta lacuna versus sexti :

ניהו רתדתון א	1 והבעתה יפר וב
השע ווהבאום י	2 זאר והופעתה י
נו גדנס שמו מ	3 רחב וסעדתון ב
חתהמו תפץ במק	4 צרעי פנות צר
לו ותר יהנעם מל	5 ס מראהמו כרכא
ל חז מלך סכא	6 ד סכא בן ווהבא

Verte ergo :

- 1 *Wahb'athat Yafid et ejus filii Rathadthân A-*
- 2 *z'ad et Hauf'athat Yuhasî et Wahb'awwam Ya-*
- 3 *rhab et Sâdthân Gadanenses posuerunt val-*
- 4 *vas geminas arcæ turris suæ Tafudd per poten-*
- 5 *tiam domini sui Karib'ili Watar Yuhan'im, re-*
- 6 *gis Sabæ, filii Wahb'i[li Ya]hûz, regis Sabæ.*

Versus 1. והבעתה, nomen proprium nusquam alibi repertum, «donum 'Athtari», ut v. 2 והבאום «donum Awwami», v. 6 והבאל «donum 'Ili»; cf. nomina tribuum arabicarum وهب اللات, وهب الله apud Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 458; de وهب اللات, cf. etiam Ibn Doraid, *Kutûb al-istîkâf* (ed. Wüstenfeld), p. 315. — יפר, imperfectum verbi ופר, cognomen quod «legatus» significat; cf. وَيَفِدُ, وَيَفِدُ et exempla himyaritica ejusdem radicis apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 93. — רתדתון «consecratum Thûno». Nominibus propriis compositis, quorum in partem venit deus Thûn et quæ in *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 56 et 57, enumeravimus, adde, auctore Muellero in *Langer's Reiseberichte*, p. 63, אמהתון = אמהתון «serva Thûni», *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI, p. 432; XXXI, p. 86.

Versus 2. אזאר, cognomen, cujus sensus, ni fallimur, «venerandus»; exempla collegerunt Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 64. Adde titulum nostrum 24, v. 2, et forsân idem vocabulum ut nomen proprium adhibitum in Halévy, 88, v. 2, ubi pro אבאר legendum אזאר. — והופעתה = הופי + עתה «perfect 'Athtar», nomen usitatum. — Cognomen יהשע = يُشَيْعُ «adjuvat»; cf. inscriptionem 14^{am} Academiæ, v. 1, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 78; appellationem Sî'itarum, id est fautorum 'Alîi; לשועי «ad adjuvandum» in titulo 2, v. 11; שוע «socius»

in Hal., 169, v. 1; 202, v. 2; שעה «socia» in inscriptione 6, v. 1, et Hal., 63, v. 1. — Wahb'awwam «donum Awwami»; cf. titulum 4, v. 1; O. M., 6, v. 4.

Versus 3. ירחב «amplus», cognomen etiam in O. M., 6, v. 3. — סעדתון «favor Thûni»; cf. Hal., 43, v. 1. — De Gadanensibus, quorum posteri provinciam Mikhlâf Aqyân dictam incolebant, vide D. H. Müller ad hunc locum et confer *ذو جردن للميرى* apud Našwân (Müller in *Zeitschr. d. d. morg. Ges.*, XXIX, p. 621 et 623); Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden, aus der arab. Chronik des Tabari* (Leyde, 1879), p. 192. In inscriptione Halevyana 679, pro דנדנס legimus. — «posuerunt», tertia persona pluralis masculini verbi שים; cf. in cognatis linguis *ሰሜ* *séma* æthiopicum; שום et שים hebraica; *سمن* syriacum et probabiliter arabicum *سأم* «pretio venditare».

Versus 4. מצרעי פנא = מצרעי | פנות | צחהתמו *مَصْرَعِي فِنَاء* «valvas geminas arcæ turris suæ»; cf. מצרעי מצרעי, Hal., 353, v. 3. De voce פנות, vide quæ ad hunc locum fuse disseruit D. H. Müller; vide etiam quæ fusius Ed. Glaser disputavit in suis *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften* (Prag, Juli 1886), p. 43-50. Quæ de usu vocis פנות, sæpius præpositionis «ad, versus» locum tenentis, Glaser proposuit, ad multa exempla quadrant. Hic autem status constructus pluralis מצרעי aliam viam ingredi nos suadet. — D. H. Muellero assentimur quom nomen turris *תפץ*

enuntiat *Tafudd* = *تَعَصَّ* « ea frangit », collato *בֵּיתָהֶמוּ יִפְּץ* « domus sua *Yafudd* », Os. 32 = B. M. 30, v. 2. *Tafid* (*تَفِيض*) et *Yafid* (*يَفِيض*) fortasse legenda esse non pernegamus. — במקם sicut in Os. 20 = B. M. 19, v. 9; Hal. 686, v. 4; O. M. 18, v. 1; 20, v. 3.

Versus 5. Rex Sabæ *כְּרַבְאֵל | וְהָר | יִהְנַעַם*, qui in inscriptione 54^a Fresneli, v. 1, memoratur (cf. de eo D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 31), non idem est cujus hic mentio facta. In titulo Osianderi 32^o = B. M. 30

Müller recte coniecit filium Wabh'ili Yahûz (in fragmento nomen filii deest) non alium fuisse quam nostrum Karib'ilum Watar Yuhan'im; vide *Langer's Reiseberichte*, p. 69.

Versus 6. Origo tituli sabæa, imo Ma'ribensis, ex hoc versu patet. — De Wabh'ilo Yahûz, rege Sabæ, cf. Os. 32 = B. M. 30, v. 3; Miles, 6, v. 7, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 679; XXXII, p. 205. — Cognomen יְחוּז arabico *يَحْوِز* « colligit » equiparamus.

Quo tempore Karib'il Watar Yuhan'im Sabæ regnaverit elicere non possumus. De tituli tempore hoc solum compertum habemus eum secundæ rerum Sabæorum ætati assignandum. Si paulo longius progredi audemus, titulum tertio vel secundo ante J. C. seculo super « valvas geminas aræ turris *Tafudd* » delineatum esse judicamus.

2

Glaser, 16; Louvre, 10.

(TAB. III.)

Lapis Parisios ab Eduardo Glaser allatus est, qui eum Şan'âi invenit et nostra gratia acquisivit. Exstat nunc in museo Luparensi. Monumentum optime servatum 0^m,44 altum, 0^m,25 latum, 0^m,103, ubi maxime, crassum. In summo lapide, tres quadrati lineæ cernuntur, vestigia cavi, unde infixæ surgebat statua dei « Ta'lab Riyâm, domini Tur'ati »; cf. infra versus 3 et 4. Quæ statua quum sublata sit, tanquam omnes aliæ similes (cf. O. M. numeri 5-12), solita idoli forma nos latet.

Titulus 19 versibus constat, nec quidquam deest nisi vocabulum unum in versu 18^o et, tum finis vocabuli, tum vocabulum alterum in versu 19^o, quas rimas explere non arduum. Litterarum notæ, 0^m,019 altæ, æquales, spatia inter litteras æqualia, ita ut ordo certus et tenor idem in toto titulo possint notari, nec ulla in scripti sensu versetur controversia.

Ha'ân Aşwa' et ejus filii publicas gratias agunt atque ob beneficia accepta statuam vovent « patrono suo Ta'labo Riyâmo, domino Tur'ati ». Designatione patroni (ש) uti solent qui Ta'labum Riyâmum commemorant, ut recte animadvertit D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 20; cf. *ibid.*, p. 31. Ex quo patet Ta'labum non inter gentiles Yemeni deos de communi sententia consecratum fuisse, sed, quasi « patronum » aliquot urbium et tribuum, oppida et eorum incolas in fidem clientelamque suam recepisse.

Omnia Ta'labi templa angustis terminis circumscribuntur: colebatur apud Bata'enses et Hamdâ-neuses (infra, versu 12^o), in regione Arhâbo, quam, versus septentrionem et occidentem Şan'âi sitam, descripsit Ed. Glaser, *Meine Reise durch Arhab und Hâschid* in *Petermann's Mittheilungen*, 1884, p. 170-183, 204-213; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, 1, in *Journ. asiat.*, 8^e série, t. IV, p. 327-328 (separatim excusum, p. 8-9). Inter locos ubi sacraria Ta'labi, notandus pagus Riyâm, in summo montis Itwa porrectus, cujus nomen cum nomine dei ita apte cohæret ut האלב | ריבם « Ta'lab Riyâm », decurtatum ex ריבם | שים | האלב « Ta'lab patronus Riyâmi » plerumque dicatur; cf. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 21. Huc Arabes propter pietatem conveniebant, ut testatur Al-Bakrî, *Mu'djam*, p. 114. De varia vocabuli ריבם in titulis Yemenensibus significatione, vide etiam Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie*

phie du Yémen, 1, p. 28 et 29. Ceteræ urbes, quæ secundum inscriptiones Ta'labi adyta continebant, sunt Tur'at (infra, versu 3°), Ukânîṭ (O. M. 5, v. 3; 6, v. 6; 7, v. 3); Ḳadumân (O. M. 10, v. 5) vel plenius Ḳadumân Dhû-Damhân (infra, in titulo 19, v. 3; O. M. 11, v. 4; 12, v. 3).

De nomine Ta'labi non dubitamus quin D. H. Müller rectam viam ingressus sit quum, in *Sabäische Denkmäler*, p. 21, Djauharîum in *Ṣahâh*, Fîrûzâbâdhîum in *Ḳâmûs* sequitur. Utrique تَالَبٌ nomen plantæ, ita ut cultus Ta'labi ad anteislamicam arborum religionem pertineat, quam nuperrime illustravit Paul de Lagarde in *Mittheilungen* (Göttingen, 1885, in-8°), p. 58-81. Nisi compertum esset Ta'labo divinitatem masculinam non femineam tributam, vocabulum a radice تَلَبَّ «collegit» duceremus et תַּלְבַּת imperfectum esse tertiæ feminini personæ, idem significans ac תַּלְבַּת (inscr. 1, v. 4), censeremus. Quod longe secus est. Virilis dei Ta'labi natura J. H. Mordtmanno prius opinionem injecerat eum, principio heroem vel regem, serius in deos repositum esse; vide *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX (1876), p. 37-39; de sua sententia postea decessit. Quæ apud scriptores Arabum de Ta'labo deo memoria manserit iis docemur, quæ citantur apud Alfred von Kremer, *Ueber die süd-arabische Sage* (Leipzig, 1866, in-8°), p. 59; A. Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens* (Bern, 1875, in-8°), p. 220 et seq.; D. H. Müller, *Südarabische Studien* (Wien, 1877, in-8°), p. 24-28; eumd. in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler* (Wien, 1883, in-4°), p. 20-22.

Sed ad interpretationem tituli, unde digressi sumus, revertamur. Nemo adhuc de hoc titulo egit, nisi Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et himyarites de Paris*. 1. *Le Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, I (1885), p. 58-61; separatim excusum, p. 9-12. Lege certo :

◦ | X 8 ◦ Π 3 Ḥ | ◦ 4 9 4 Π ◦ | ◦ ◦ ≥ Ḥ | 4 ◦ 4 1
 ◦ 9 4 5 4 | 11 4 9 | ◦ 4 Π | X 8 ◦ 9 4 1 ◦ | 11 ◦ 9 4
 4 4 | X ◦ 3 X | 1 ◦ Π | 11 9 3 | Π 1 Ḥ X | ◦ 11 4 9 3
 9 4 Π | ◦ 4 11 4 Ḥ | Π 1 Ḥ X | 4 5 ◦ | 4 7 4 | 4 11 1 Ḥ 4
 9 ◦ ◦ ◦ | ◦ 11 4 9 ◦ ◦ 1 | ◦ 4 1 Ḥ Ḥ 11 Π | 11 4 9 5
 9 Π | 9 4 ◦ | 11 9 3 | Π 1 Ḥ X | ◦ 11 4 3 11 4 | 4 1 ◦ Ḥ 6
 4 ◦ | ◦ 11 4 ◦ | ◦ 11 4 11 4 Ḥ | 9 ◦ ◦ | 11 4 9 | 9 4 Π | X 7
 X 4 Π | 11 9 3 | Π 1 Ḥ X | 11 4 11 ◦ | 1 4 | ◦ 4 11 8
 Π | ◦ Ḥ 1 11 X Ḥ | Ḥ 1 11 Ḥ | 1 Ḥ Π | ◦ 11 4 9 ◦ ◦ 4 9
 Ḥ 11 | 1 Ḥ | 4 Π | ◦ 11 4 9 ◦ ◦ 4 | X 4 Π ◦ | ◦ 4 11 ◦ 10
 4 4 | 4 4 1 ◦ | ◦ 11 4 Ḥ 3 11 | 4 ◦ ◦ ≥ 1 | ◦ Ḥ Π Ḥ | Ḥ Π 11
 X | ◦ 11 4 4 ◦ Ḥ | 1 ◦ | 4 4 11 4 ◦ | ◦ X Π | 4 Π | 4 ◦ 12
 4 4 3 Ḥ | 9 4 ◦ | ◦ 3 4 ◦ | Ḥ 8 4 | ◦ 3 ◦ | Π 1 Ḥ 13
 Π 1 Ḥ X | ◦ 11 4 4 ◦ Ḥ | 1 ◦ | ◦ 11 4 X 11 9 3 11 ◦ | ◦ 11 14
 11 ◦ | ◦ 11 4 4 3 Ḥ | 9 4 ◦ | 11 4 4 Ḥ | 3 11 8 Ḥ ◦ | 1 4 ◦ Ḥ 15
 Π | ◦ 11 4 Ḥ 3 11 Ḥ | 9 4 4 | ◦ 11 4 4 ◦ Ḥ | 1 ◦ | ◦ 11 4 X 11 9 3 16
 Π 8 ◦ | ◦ 4 ◦ ◦ | 11 4 ≥ 4 | ◦ 11 4 Π ◦ ≥ ◦ | 4 4 11 4 | 9 4 17
 9 Ḥ ≥ 9 4 ◦ | ◦ 11 | ◦ 11 4 3 4 | 1 Ḥ | 4 ◦ 3 4 ◦ | 3 18
 Ḥ X Π | ◦ 11 4 Π | 4 19

Quod hebraicis litteris transcribimus, additis necessariis versuum 18 et 19 complementis :

1 הען | אשוע | ובניהו | כרבעתת | ו
 2 חיוס | ולחיעתת | בנו | ידם | הקניו
 3 שימהמו | תאלב | רימס | בעל | תרעת | דן
 4 צלמן | חגן | וקה | תאלב | אדמהו | בני
 5 ידם | במסאלהו | לופיהמו | וופי
 6 אולד | חמרמהו | תאלב | רימס | עדי | בי
 7 ת | בני | ידם | וופי | אדמהמו | והמו | פח
 8 מדר | חל | ומקס | תאלב | רימס | בדת
 9 הופיהמו | בכל | אמלא | סתמלאו | ב
 10 עמהו | ובדת | הופיהמו | בן | כל | מס
 11 בא | סבאו | לשוען | מראהמו | עלהן | נה
 12 פן | בן | בתע | והמדן | ול | סעדהמו | ת
 13 אלב | פרע | דתא | וחרף | עדי | ארצה
 14 מו | ומשימתהמו | ול | סעדהמו | תאלב
 15 אפקל | ואחמר | צדקם | עדי | ארצהמו | ומ
 16 שימתהמו | ול | סעדהמו | והטי | אמראהמו | וב
 17 ני | המדן | ושעבהמו | השדם | ווצע | והב
 18 ר | וצרען | כל | צרהמו | [ושנאה] | מו | ודישצי
 19 ן | בהמו | בתא | לב | רימס]

Sic ergo verte :

- 1 'Hádn Aswa' et ejus filii Karib'athat et
- 2 Haiw et Lehi'athat, nepotes Yadúmi, voverunt *consecraverunt*
- 3 patrono suo Ta'labo Riyámo, domino Tur'ati, hanc
- 4 statuum, quia exaudivit Ta'lab servos suos, nepotes
- 5 Yadúmi, propter preces ad eum ut protegeret ipsos et protegeret
- 6 liberos, quos largitus est ipsis Ta'lab Riyám intra do-
- 7 num nepotum Yadúmi, et protegeret servos ipsorum. Ipsi vero lau-
- 8 daverunt vim et potentiam Ta'labi Riyámi, quod
- 9 tuitus est ipsos in omnibus votis que ut explerentur petiverant ab
- 10 eo, et quod tuitus est ipsos in omnibus expedi-
- 11 tionibus quas susceperunt ad auxiliandum principi suo 'Alháno Nah-
- 12 fáno, nepoti Bata'i et Hamdáni. Et concedat ipsis Ta'-

13 *lab optima veris et autumnii intra terram ipso-*
 14 *rum et agros ipsorum, et concedat ipsis Ta'lab*
 15 *messes et fructus eximios intra terram ipsorum et a-*
 16 *gros ipsorum, et concedat ipsis favorem principum suorum, ne-*
 17 *potum Hamdāni, et tribus suae Hāsidi; et deprimat, et fran-*
 18 *gat, et comprimat omnes adversarios ipsorum [et hostes ips]orum, et quicumque offen-*
 19 *det ipsos. Nomine Ta'[labi Riyāni].*

Versus 1. Nomen proprium הַנֶּן (arabicum ^{أَعْلَان} «adjuvit») in titulis Constantinopolitanis perspicuum; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 48 et 87; reperitur etiam in duabus inscriptionibus inter eas quas vir artium ingenuarum cultor, immatura morte præreptus, Albert Goupil, Bibliothecæ Maximæ Parisiorum donavit; cf. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 290, n° 3, v. 3; p. 291, n° 8, v. 1. Imperfectum הַנֶּן ut nomen proprium viri adhibitum in titulo nostro 37, v. 1, in Os. 33 = B. M. 34, v. 1; nescio an in Hal. 668, v. 1, ubi fieri potest ut perfectum הַנֶּן sit legendum. — Cognomen אֲשׁוּעַ (cf. יהשע in 1, v. 2, et לשוען infra, v. 11) «maxime adjuvans», pernotum est, vide titulum 8, v. 1; Müller, *Südarabische Studien*, p. 30; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 67; Fresnel, 45, v. 1 = Hal., 657, v. 1, etc. — כַּרְבֵּעָתָה «pollens 'Athtari», nomen proprium apud Hal. 615, v. 15 et 27; Reh. 7, v. 2 et 7; O. M. 5, v. 1; 6, v. 3.

Versus 2. יָרָם (in versibus 5 et 7 quoque) tribum Hamdānitarum (cf. v. 17) designat, quæ in hoc titulo primum occurrit, nisi jam invenitur in Hal., 393 :

יָרָם | בַּעֲתָרָה | שַׁרְ[קָן]

Transcribimus Yadûm = يَدُومٌ «permanet». Sitne urbs *Yadûm* comparanda, quam Yâkût, *Mu'djam*, IV, p. 1013, yemenensem, in provincia Sinhân sitam, profert, ambiguum.

Versus 3. שֵׁים «patronus», vox ex eadem radice oriunda quam שַׁמֵן (inser. 1, v. 3), proprie de Ta'labo Riyāmo adhibetur; vide supra, p. 7. — בעַל | תְּרֵעָה, epitheton Ta'labi, Arabibus antiquarum rerum peritis fidem fecit Ta'labum maritum (بَعْلٌ; cf. בעל in omnibus semiticis linguis) Tur'ati fuisse; cf. D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 25 et 26. Revera Tur'at nomen urbis, ubi adytum Ta'labi.

Versus 4. צַלְמֵן «imago», forma hebraica et aramaica huius vocabuli, quum in arabico sermone صَلَمٌ «idolum» adhibeatur. — אָרָם nomen collectivum, ut animadvertit Joseph Halévy, *Études sabéennes*, p. 148; cf. etiam Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 32. Verti-

mus «servos» potius quam clientes; nempe modo submissos deo, modo, ut in versu 7°, submissos hominibus אָרָם, tanquam עֲבָד, designat.

Versus 5. בַּמְטָאֵלָהּ non «rogatu ipsius», sed «rogatu ad ipsum» vertendum.

Versus 6. עָרִי præpositio nec arabico, nec æthiopico sermoni cognita, quæ apud Hebræos (עָרַי, poetice יַעֲרִי) et Aramæos «usque ad» tempus vel terminum, apud Yemenenses «intra» significat.

Versus 7. Copula ׀ in lingua himyaritica usurpatur, sicut in arabica ۛ post ۛ; cf. Os. 4 = B. M. 5, v. 19; 13 = B. M. 12, v. 7; O. M. 8, v. 12.

Versus 8. Orthographia manca הָלָּ pro הִיל «vis» (cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 9; 26 = B. M. 22, v. 8; 27 = B. M. 16, v. 8) nescimus annon sit jam manifesta in Hal. 26, et in Langer, 6, v. 8. Nostrum exemplum, ubi הִל | וְמָקָם legitur, quum nihil habeat dubitationis, deficientis orthographiæ facultatem firmissime demonstrat.

Versus 9. Primam litteram הַ conjectura potius quam oculis assequimur. — De locutione סַתְמָלָא | סַתְמָלָא cum præpositione בַּעַם = hebraico מְעַם, vide Os. 16 = B. M. 20, v. 8; 30 = B. M. 29, v. 7, etc.

Versus 10. כַּל | בֵּן = כַּל בְּנֵי versus præcedentis.

Versus 11 et 12. מַסְכָּא | סַכְּאָו; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 52. — Verbum שׁוּעַ «adjuvare» (cf. annotationem ad titulum 1, v. 2) sic vocabulo מַרְאֵהוּמוּ præpositum in Os. 8 = B. M. 11, v. 7. — Nomen et stirps «principis» mirabilia. Idem 'Alhân hic qui in O. M. 8, v. 20. Nomen proprium notum erat ex Os. 21 = B. M. 21, v. 1; Wrede (Obne), v. 2; Hal. 385, v. 2; 515; Wüstenfeld, *Register*, p. 59. Quod in nostro loco eximium est animadvertas, 'Alhânium cognomine Nahfânium appellari, sicut legitur in versu poetæ yemenensis As'ad Tobba' (vide D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 695) :

وَعَلَّهَانَ نَهْفَانَ قَدْ اذْكَرَ
 وَشَمِّيرَ يَرَعِشَ خَيْرَ الْمَمْلُوكِ

«Et Schammir Yur'is optimus regum, et 'Alhânium Nahfânium non omitam.»

Našwân hunc versum in suo lexico شمس العلوم «sol scientiarum» affert, de quo opere ad cognoscendas res et linguas Yemeni utilissimo vide Hartwig Derenbourg, *Les manuscrits arabes de l'Escurial*, I, p. 25 et 413. Dein addit Našwân hanc versus interpretationem: أراد علمان ونهغان فحذت الواو «Sibi voluit 'Alhânûm et Nahfânûm, omisit autem copulam wâw.» «'Alhânûm et Nahfânûm, filios ambos Bata'i, filii Hamdâni» (cf. v. 12), fratres fuisse Abû 'l-Ḥasan Al-Hamdâni et ipse existimavit; cf. musnados Nâ'aṭi in *Al-Ikhl* apud D. H. Müller, *Süd-arabische Studien*, p. 22 et 23; et apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 44. Titulus autem noster probat poetam non erravisse, sed meliora accepisse et tradidisse, quum eundem hominem علمان نهغان appellat. Nam difficile est credere copulam temere et fortuito a sculptore juxta atque a poeta omissam esse. Genealogia והמון בתע|והמון «filius Bata'i et Hamdâni» omnino congruit cum علمان ونهغان ابنا بنع ابي همدان, quem Nâ'aṭi musnadum modo indicavimus et vertimus.

Versus 13. De פרע|דתא|והרה et iis quæ sequuntur, vide O. M. 8, v. 10 et 11, et quæ allata sunt in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 33, præcipue locum Plinii et ejus interpretationem in *Zeitschrift der d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 324. Videtur annus Sabæorum in duo tempora tunc divisus fuisse: scilicet ver (דתא; cf. hebraicum דָּשָׂא «prima terræ germina») et autumnum (הרה; cf. arabicum حَرِيْفٌ et hebraicum הַרְף «autumnus»). Sic apud veteres Hebræos קַיִץ וְהַרְף integrum annum constituunt; cf. *Gen.*, viii, 22; *Ps.* lxxiv, 17; *Zach.*, xiv, 8. Nec tamen negligas quæ de دَهْدُ *Dihâ* et خريف *Kharif* Ed. Glaser aliter monuit in *Die Sternkunde der süd-arabischen Kabylen*, apud *Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien*, II. Abth., p. 89. De quibus infra, quum de titulo Glaseri 158 agetur, plura dicemus.

Versus 14. משימה (cf. v. 16) plurale formæ مَفَاعِلَةٌ,

ut primus docuit D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104.

Versus 15. אפקל|והמר|צדקם; similia vide in inscriptione 14^a Academiae, v. 18; cf. אפקל|והמר|צדקם in inscriptione 11^a ejusdem, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 64 et 76.

Versus 16. הנזי «favor»; cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 5; inscriptionem 8^m Academiae, v. 7 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 54); O. M. 8, v. 18.

Versus 17. De magna tribu Ḥāsidi Hamdānensibus obediēte, vide J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 4 et seq.; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, 1, p. 10; Ed. Glaser, *Meine Reise durch Arhab und Hāschid in Petermann's Mittheilungen*, 1884, p. 206 et seq. Cognatio inter Hamdānenses et Ḥāsīditas ad verbum ut in titulo nostro enuntiatur in O. M. 7, v. 7; 8, v. 20 et 21; 9, v. 16 et 17. — וזע|והבר sic conjunguntur in Os. 31 = B. M. 32, v. 5.

Versus 18. Sensus humilitatis et dedecoris, qui radici צרע inhæret, non solum titulis Hal. 62, v. 13; 681, v. 7; 682, v. 9, sed etiam arabica radice ضرع comprobatur; vide imprimis lexica quæ viri clarissimi Lane et Dozy scripserunt. — Vox quæ post צרהמו non legi potest restituta est ad imitationem tituli Os. 31 = B. M. 32, v. 5, quem jam per occasionem versus 17ⁱ contulimus. Ceterum vestigia vocabuli ושנאהמו in lapide adhuc supersunt; partem superiorem litterarum 𐩮 et 𐩨 cernere licet, etsi non tam clare appareant quam ultimæ duæ 𐩬. — רישצין|בהמו; cf. Os. 17 = B. M. 18, v. 11.

Versus 19. Titulo absoluto, hic versus in medio interruptus stetit; cf. titulum 14^m Academiae, v. 19, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 76 et seq. Non tamen versum integrum, qualis fuit, possidemus; facile autem ea quæ desunt resarcire. Lege ergo בהא|לב|רימם, collatis versibus 3, 6, 8.

3

Glaser, 1.

(TAB. V.)

Titulus ineditus, in tabula ænea incisus, circa 0^m,15 alta, 0^m,06 lata. Summa humanitate possessor in urbe Šan'â degens Eduardo Glaser ectypum chartaceum sumere permisit, quod in tabula nostra quinta habes imagine photographica expressum.

Hæc leguntur :

1	ח ׀ ז ׀ ח ׀ ח	סעדשמס	<i>Sa'dsams,</i>	1
2	1 ׀ ח ׀ ח ׀ ח	סובןמל	<i>filius Mali-</i>	2
3	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	כסוהקני	<i>ki, vota vovit</i>	3
4	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	תאלב ׀ רי	<i>Ta'labo Riyâ-</i>	4
5	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	מס ׀ עדי	<i>mo, intra</i>	5
6	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	מטור ׀ אה	<i>septa (?) Ah-</i>	6
7	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	גרן ׀ לופ	<i>guri, quia pro-</i>	7
8	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	י ׀ קניהמ	<i>tegit opes ipso-</i>	8
9	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	רו ׀ ל ׀ יזא	<i>rum; et utinam per-</i>	9
10	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	ן ׀ הופין ׀	<i>gat tueri</i>	10
11	ח ׀ ח ׀ ח ׀ ח	חמו ׀	<i>ipsos.</i>	11

Versus 1. Nomen proprium סעדשמס «favor deæ Sams», id est deæ Solis, sic cum mimatione reperitur in titulo 9^o et in titulo 8^o Academiæ, v. 2; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 54-56; [forsan quoque in Langer, 1, v. 1, ubi Müller ערבשמס legit; cf. *Langer's Reiseberichte*, p. 8.]

Versus 2. מלכ = مَلِك (cf. Wüstenfeld, *Register*, etc., p. 281-285), certus in Langer, 14, v. 1, ambiguus in Hal. 611 (ubi מללם); 615, v. 24 (ubi מלדם).

Versus 3. Animadvertite verbum חקני hic, ut aliquoties, solummodo accusativum dei regere, cui consecratio fiebat, non alterum rei oblatæ accusativum; cf. titulos 1^{um} et 9^{um} Academiæ in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 38 et 59.

Versus 6 et 7. מטור obscurum. Hebraicis טור (Ez., XLVI, 23) et טירה, arabicis طَوْرٌ, طَوْرٌ, طَوْرٌ collatis, existimamus מטור plurale esse, quale foret arabice مَطَاوِرٌ, et «septa» vertere ex inopia meliorum suademus. — אהגן (etiam in Hal. 344, v. 8), plurale vocis הגר «urbs magna» (vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, annot.), cum *nân* determinativo. Susplicamur, non tamen contendere audemus, hoc plurali tractum quemdam definitum exprimi, ut diversas antiquitatis et medii ævi *σενταπλόλεις*, ut المدائن, *Al-Madâ'in* (plurale vocis مدينة «urbs») nomen urbis Irâki inclytæ. J. H. Mordtmann, in litteris die 5^o decembris

Vertimus :

1885 scriptis, nos monet urbem yemenensem الأَحْجَرِ *Al-Ahdjour* a geographis Arabum memorari. De hac urbe, confer annotationes marginis in codice Lindsayano libri *Al-Marâsid* dicti apud Wüstenfeld, *Jaet's Geographisches Wörterbuch*, V, p. 13. Si auctori clanculario credas, reges Himyari in Al-Ahdjuro habitabant. אהגן «Ahgur», cum nûnatione determinativa, plane scripturæ arabicæ الأَحْجَرِ cum articulo, respondet.

Versus 8. קניהמו «opes ipsorum» (cf. Os. 10 = B. M. 9, v. 8; Miles, 1, v. 6) ex radice קני «acquisivit», de qua vide D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXIX, p. 602.

Versus 9. Legimus יזאן, et litteram ז non varietatem litteræ X = ח, sed himyariticam semitici *zayin* repræsentationem esse censemus, secuti Fr. Prætorium, in *Literaturblatt für orientalische Philologie*, I (1883), p. 29-30. De sensu radice nihil anceps, quum in titulis hæc formula sit frequentissima; carere ea ceteræ linguæ semiticæ videntur, nisi eam remota cognatione cum זאן «crescere, augeri» junctam credas.

Versus 10 et 11. Verbum a suffixo eadem nota separatur qua voces dividi solent. Nulla hujus exceptionis causa, nisi calligraphica: aliquid erat in spatio vacuo collocandum. Tale discidium inter verbum et suffixum verbo additum intervenit etiam in moabitica regis Meşæ inscriptione; cf. ואסחב. הם. «et eos traxi», v. 18.

4

Halévy, 10; Glaser, 4.

De hoc titulo Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, sequentia exposuit : « Titulus exstat supra lapidem in muro septentrionali ædificiï quadrati rudis, quod ex septentrione fonti *Maf-tûn* dicto (vide delineationes Şan'âi, p. 3 et 5) adjacet et mosquitæ speciem gerit. In eodem latere muri apparent octo alii himyaritici sine dubio lapides, quorum inscriptiones muro inclusæ latent. Titulus noster, quum insereretur, inversus fuit. »

Duorum versuum, quibus constat titulus, apographa Halevyana et Glaseriana omnino consentiunt, nisi quod ultimam versus prioris litteram Glaser recte *nûn* pro *rêsch* Halevyi scripsit.

Hæc leguntur, auctore Glasero :

Quæ transcribimus :

𐩧𐩢 | 𐩥𐩠𐩢𐩠𐩢𐩥 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩧
 | 𐩥𐩠𐩢𐩠𐩢𐩥 | 𐩧𐩢𐩠𐩢𐩢𐩠 | 𐩧

𐩧 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩧
 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩧

Hæc certa sunt :

. *Wahb'awwam, et ejus filii, nepo.*
derunt et texerunt domum suam.

Versus 1. A dextra superest initium versuum; nam signum 𐩧, cujus significatio non liquet (Hal. 187, 255, 257, 478, 486; O. M. 20), nusquam nisi in principio titulorum figuratur. J. H. Mordtmann, *Neue himyarische Funde in Wiener numismatische Zeitschrift*, XII, p. 300 (separatim excusum, p. 12), hoc ornamentum inane putat. — 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢; cf. titulos 1, v. 2; 24, v. 1; O. M. 6,

v. 4. — Post 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 legebatur 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢[𐩢] | 𐩧𐩢𐩠, id est : « nepotes i condiderunt »; cf. titulum 6, v. 3; Fresnel, 45, v. 2; Hal. 686, v. 2 et 3 (de quo vide Prætorium in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI, p. 417); O. M. 3, v. 1; 20, v. 2; Langer, 1, v. 3.

Versus 2. Post 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 nomen proprium « domus » deest; cf. titulum 6, v. 3; O. M. 20, v. 2.

Sic ergo titulum restituere et vertere licet :

𐩧 | | 𐩧𐩢𐩠 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩧
 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩠𐩧𐩢𐩠𐩢 | 𐩧


Wahb'awwam et ejus filii, nepo[tes] i condi-]
derunt et texerunt domum suam.

5

Cruttenden, 4; Fresnel, 1 et 2; Halévy, 1, 2, 31; Glaser, 5 et 8.

(TAB. IV ET V.)

Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita in hunc modum de titulis suis 5-9 loquitur :



« Versantur in vestigiis muri mosquitæ, quæ in oblivione jacet, inter ruinas quas *mansiyyât* (منسيات) vocant proximas mosquitæ Talhæ (cf. delineationes, p. 3 et 5). Ordinem inscriptionum hic repræsentare operæ pretium duximus. Tituli omnes plus minus deleti aliquot damna ex tempore Halevyi passi sunt, quum litteras quasdam ab Halevyo visas jam non agnoscere potuerim. 5, 7 et 9 inversi; 6 et 8 stant recte. »

Quum, anno 1836, Ch. J. Cruttenden et doctor Hulton primi hunc titulum invenerunt, lapid nondum in duas partes divisus erat; vide Ch. J. Cruttenden, *Journal of an excursion to Sanaa, the capital of Yemen*, 1836, in *Proceedings of the Bombay Geogr. Society*, nov. 1838, p. 39-55; plenius in *Journal of the London Royal Geogr. Society*, VIII (1838), p. 267-289; cf. E. Rödiger, *Versuch über die himyar. Schriftmonumente* (Halle, 1841, in-8°), p. 42-45; J. R. Wellsted's *Reisen in Arabien, Deutsche Bearbeitung* von E. Rödiger (Halle, 1842, 2 vol. in-12), II, p. 384-385, et in tabula ejusdem voluminis III, 2, quam tabula nostra V^a sole expressam invenies. In tabula IV^a aspice partem muri titulis tectam, qualem Glaser ipse solis luce expressit. Separatim, ut de duabus inscriptionibus, egit de hoc titulo J. Halévy in *Études sabéennes* (Paris, 1875), sub n^{is} 59 et 60, p. 202-204. Verumtamen Fresneli titulos 1 et 2 conjungendos jam anno 1856 Osiander in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, X, p. 71, declaraverat. Quod nec Halévy, nec Glaser curaverunt. Cruttendeni, Rödigeri, Osianderi, tandem J. H. Mordtmanni (in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3) exemplum secuti, duo fragmenta casu dissociata iterum connectimus.

Hæc in apographo Glaseri leguntur :

5	8
X° Π Π Α Α Χ Χ Η °	° ° Π Π Η Π ° Π Π Α Α Π Π ° 1 Χ °
°° Η Π Π Π ° Χ °	Π Π Π Π Η Η Π ° Α Α Π Π Η Π Χ

Hebraicis litteris sic transcribimus :

5	8
וְנִשְׂאֲכָרְבַּ וְת	עָאֵל וְדַרְכַּרְבַּ וּבְנֵהֶמוּ וְ
עֵת וּמְרַבְצָן וְע	תֵּר לְרֵאֵס עֵרְן לְמַדְרַם

Cruttenden, Fresnel et Halévy non וְרַן, sed עֵרְן legunt (cf. etiam fragmentum Hal. 31, de quo infra); Fresnel et Halévy post ultimam litteram ע addunt 8 = ת.

Versus 1. Primum nomen proprium recte Halévy in יְרֵי־עָאֵל restituit; quod frequentissimum biblico יְרֵי־עָאֵל I Chr., VII, 6, 10, 11, respondet. — עֵרְכַרְבַּ = דַּרְכַּרְבַּ; in priore hebraicum דַּר «patruus» (syriace ܕܪܘܬܐ) eundem locum tenet quem in posteriore arabicum عَمَّ, quod idem valet; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 28. — וּבְנֵהֶמוּ pro וּבְנֵהֶמוּ «et ejus filii», ut sæpe; cf. titulum 8, v. 1. — Si quis ad configurationem litteræ himyariticæ ° attendat, intelliget eam facile in duas dirimi posse; propterea credimus duos wâw Fresneli, Halévyi et Glaseri in unum wâw Cruttendeni redigendos. — נִשְׂאֲכָרְבַּ; cf. Fresnel, 47; Rehasek, 7, v. 6 et 11; Hal., 51, v. 18 et 19; 48, v. 13 (ubi scriptum נִשְׂאֲכָרְבַּ); O. M. 6, v. 2; 11 a et b, v. 1; 49. — וְת principium sive cognominis וְתַר (cf. נִשְׂאֲכָרְבַּ | אוֹתֵר, O. M. 11 a et b, v. 1) sive quarti nominis proprii cum conjunctione wâw: וְתַר «et Tobba'karib», ut proposuit J. Halévy, *loc. cit.*

Versus 2. Litteræ תֵּר sive ex cognomine וְתַר, sive ex deo עֵתֵר manserunt. Mentio dei 'Athtar probabilior,

quum inscriptio votum numini cuidam summo a pluribus susceptum exprimere videatur, ita ut verbum וְקֵנִי «voverunt» sit inter geminas lineas supplendum. — Ea quæ sequuntur sine dubio edisserunt quis sit 'Athtar peculiaris erga quem pietatis documenta præstantur. Noli hunc 'Athtarum quærere inter eos quos D. H. Müller in *S. Langer's Reiseberichte*, p. 58, annot. 1, copiose enumeravit. Appellatur עֵרְן | לְמַדְרַם | לְרֵאֵס, si nostram vocabulorum divisionem (cf. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 59) probes. לְמַדְרַם clarum: ut בעל מַדְרַם, Hal., 172, v. 2 (cf. עֵדִי | מַדְרַם, O. M. 9, v. 4, et מַדְרַם | בעלֵת, O. M. 13, v. 1) «dominum Madari» indicat, id est vici מַדְרַם dicti, de quo Al-Bakrî, *Mu'allağ* (ed. Wüstenfeld), p. 516: وَفِي أَكْثَرِ بِلَادِ حَمْدَانَ قُصُورًا. «In regione Hamdâni castellis maxime abundat post Nâ'atûm.» De ædificiis Madari vide Al-Hamdâni, *Al-Iklil*, apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 221. Nobis עֵרְן | לְרֵאֵס videtur unum ex quatuordecim castellis designare, quæ Al-Hamdâni in vico Madar exstitisse narrat. In Arabia vox رَأْس de colle vel tumulo, sicut رَأْس in Syria et Africa adhibetur. עֵרְן nomen proprium urbis in Os. 4 = B. M. 5, v. 4; 13 = B. M. 12, v. 9; fortasse in

Hal., 140, v. 3, ubi pro בנבלורן legendum בנבלערן credimus. عِرَانٌ a Firûzâbâdhio in *Kâmûs*, s. r. عرن, = ديارٌ بعيدة «domus remotæ» explicatur. Recordare loco alteri in Yemeno nomen fuisse Ba'dân (بَعْدَانٌ «abscessus»; cf. Yâkût, *Mu'djan*, I, p. 671), cujus dea יה|בעדן Os. 33 = B. M. 30, v. 4, et sæpe alias. הַסַּא = خاسي «locus remotus» nomen sacrarii ignoti in titulis 8, v. 2; 26, v. 3; 27, v. 6, conferendus. Animadvertite tamen etiamnunc 'Irrân, cum *rêsch* geminato, non 'Irân pronuntiarî. Hoc דמדרמעת | ערן nos memores esse cogit etiam locutionis דמרמר | ערן in Prideaux, 1, v. 3 et 4 (cf. *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 28) et castelli ذمرمر juxta Şan'âum, de quo vide Rutgers, *Historia Jemænæ sub*

Hasano Pascha (Lugduni Batavorum, 1838, in-4°), p. 46-56 et 210; D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., I, p. 19, adn. 3. Halévy: «Athtar du sommet de la montagne de Dhama-dar.» — A littera *mîm* seriem oblatorum incipere opinamur, ommissa nota separationis. מעת obscurem. Nonne מ[הי]עת plurale, quod in Rehatek, 10, v. 5, מהיעתן sonat, vocis מהיע «turibulum» vel «ara turis»? De hoc sensu vide D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 22-26. Halévy: מידעת «des parents». — מרבצן = מראיצ «septa» ut מזור in titulo 3, v. 6. Halévy: «des amis». — ועת[ת] nihil est nisi principium vocabuli תר ועת[ת] quo alter 'Athtar introducitur, cui, in fine tituli perdita, propria sedes et dona singularia assignabantur, quæ nos fugiunt.

Lege ergo et verte, si lubet :

יה|עאל | ודדכרב | ובנחמו | ונשאכרב | וה|בעכרב | הקניו
עת[ת] | דראס | ערן | דמדר[ן] | מ[הי]עת | ומרבצן | ועת[ת]

Yedi' 'a'il et Dôdkarîb, et eorum filii, et Naša'karîb et To[bba'karîb] voverunt

'Ath[taro] domino (castelli) Ra's 'Irrân (vici) Madari (?) turibula (?) et septa, et 'Ath[taro]

Inter titulos ex Gaimâno oriundos Halévy sub numero 31 fragmentum edidit, quod nihil præbet nisi aliquot litteras ex nostro titulo excerptas :

הא | סלח | ערן | Ra]'s 'Irrân.

Inde J. H. Mordtmann (in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3) concludit nostrum titulum Gaimâno Şan'âum advectum esse. Quod nec infitiamur, nec asseveramus.

6

Cruttenden, 3; Fresnel, 3; Halévy, 3; Glaser, 7.

(TAB. IV ET V.)

Ubi nunc servetur hic titulus jam supra, p. 13, exposuimus. In tabula nostra quinta exemplum invenies quod Cruttenden confecit, luce solis expressum, necnon in tabula quarta imaginem ex monumento ipso a Glasero luce solis expressam.

Titulus quatuor versibus constat quibus pauca tantummodo desunt. Primus versus aliquanto longius a sinistra, ut crebro fit, quam ceteri incipit.

De hoc titulo egerunt: E. RÖDIGER, *Versuch über die himyaritische Schriftmonumente* (Halle, 1841, in-8°), p. 38 et seq.; rursus in J. R. Welsted's *Reisen in Arabien* (Halle, 1842, 2 vol. in-12), II, p. 380-383. — F. FRESNEL in litteris ad J. Mohl Djeddæ primo die junii 1844 scriptis; cf. *Journ. asiat.*, 1845, II, p. 170 et 205-217; separatim excusum et inscriptum: *Pièces relatives aux inscriptions himyarites découvertes par M. Arnaud*, p. 73 et 108-122. — FR. PRETORIUS in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI (1872), p. 418 et seq. — FR. LENORMANT, *Les éponymes de l'empire himyarite*, in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions*

et belles-lettres, 1867, p. 222-225. — Joseph HALÉVY, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* (Paris, 1872), p. 237; *Études sabéennes* (Paris, 1875), p. 204-205. — MORDTMANN und MÜLLER, *Sabäische Denkmäler* (Wien, 1883, in-4°), p. 86. — D. H. MÜLLER, *Siegfried Langer's Reiseberichte* (Leipzig, 1884), p. 52.

Apographum Glaseri recentissimum describimus; multi characteres, Halevyi tempore superstites, serins evanuerunt, nec jam conspiciuntur :

41ħ | ʋF | 910ππ | ∞4··3∞ | ʍ11ħκF0
 F | ʍ1∞φ | ʋ41ħ | 1104∞ | ʍħ44 | 9ʍ494F∞ | ʀ |
 ħ;F∞ | 44ʍψϕ | ħκκF | ·Σ9 | ∞ʍ4ʋF | 4ϕϕ40··ħΣ
 ʍ·ħʍ | ʀʍ4∞ | 90Fπ∞ | ʌ8181ħ | φΣπ7μ0·∞

Plura legerat Halévy; plura quam Halévy legerant Cruttenden et Fresnel; horum versus ad numerum plenos illius lectione magis accurata emendare conati sumus, nihil autem de nobis protulimus vel inseruimus :

····41ħ | XF | 910πħ | ∞4X03∞ | ʍ11ħκF0
 F | ʍ1∞φ | X41ħ | 1104∞ | ʍħ44 | 9ʍ494F∞ | 4ħ1
 ħκF∞ | 44ʍψϕ | ħκκF | Xϕ | ∞ʍ4Xπ | 4ϕϕ40∞ | ∞ħϕ
 ∞94 | ʍXħʍ | ʀʍ4∞ | 90Fħ∞ | X8181ħ | φϕ44 | 4∞F | ∞

Observa : 1° lineam transversam in *bét*; 2° *dálét* a sinistra ad dextram tendens, ut in titulis *bustrophedon* exaratis; 3° *résch* quoque ad dextram declinans.

Sic ergo transcribe :

···· אלה | בת | אבעלי | ושעתהו | עבדכללם
 לאן | ובניהמי | הנאם | והעלל | אלהת | קולם | ב
 ראו | והשקרן | כההמו | ירת | ברדא | רהמנן | וכרא
 ו | בורח | דחרף | דלתלתת | וסבעי | וחמס | מאהם | חי

Nihil dubitationis habent quæ sequuntur :

Abdkulâl et ejus socia Abû'ali, filia . . . ll. . . .
. . . . et filii ipsorum amborum Hama' et Ha'lal-Ilâhat-Ķaul con-
diderunt et texerunt domum suam Yar.t adjumento Misericordis, et condide-
runt in mense Dhû-kharîf anni D LXX III. Haiw.

Versus 1. עבדכלל « servus Kulâli », nomen proprium cujus vocales ex Arabum memoria didicimus; cf. Ibn Kottaiba, *Ma'ârîf*, p. 309; Ibn Doraid, *Isîkâk*, p. 307-308; Ibn Al-Athîr, *Kâmil*, I, p. 295; A. von Kremer, *Ueber die südarabische Sage*, p. 90; Wüstenfeld, *Register*, etc., p. 28. Utrum Kulâl (e radice כלל « perfecit », unde כל, 𐤀, 𐤁, 𐤂, 𐤃 « totum, universitas ») deus fuerit cultu pecu-

liari honoratus, an heros consecratus cujus nomen post עבר in nominibus propriis, sicut divinum, admitte-retur, ignoramus. De hoc genere compositionis in onomastica semitica novam et, credimus, utilem viam aperuit Clermont-Ganneau, *Notes d'archéologie orientale*, XXI, in *Revue critique d'histoire et de littérature*, 1885, I, p. 177; *Les noms royaux nabatéens employés comme noms*

 ..; et commiserunt suæ sepulturæ locum 'Athtaro Orientali contra unumquemque malum afferentem.

21

Langer, 11; Glaser, 20.

(TAB. VI.)

Hunc titulum cum præcedente conjunctum Langer et Glaser vicissim, ille ectypo chartaceo, hic scripto exemplari imitati sunt. D. H. Müller titulum edidit cum commentario et versione germanica in *S. Langer's Reiseberichte*, p. 59-61. Tabula nostra sexta continet imaginem ectypi chartacei, quod Langer cum D. H. Muellero communicaverat, et quod professor Vindobonensis nobiscum communicavit, ad tertiam partem imminutam, solis luce expressam.

Lapis 0^m,24 altus, 0^m,56 latus. Litteræ 0^m,06 altæ, non insculptæ, sed sigillatæ.

Hæc monstrat ectypum :

| ח | ׀ ׀ ׀ | X׃X׃ | X׃X׃ | X׃
 ׀ ׀ | ח׃ח׃ | 1׃׀ | ח׃ח׃
 ח׃ | ח׃X׃ | ׀ ׀ ׀ | ח׃ח׃

נת | עמרת | ונעם | ד |
 יהן | בעל | רהטן | ומ
 מקברהן | מרבחם | עתהר | שר

Titulus de sepulcro aliquot feminarum tractat, sicut titulus 20 de sepulcro aliquot virorum, ut recte animadvertit D. H. Müller. Quod lucebit, singulis momento suo ponderatis.

Versus 1. Initio בנת « filia » supplendum. בנת forma plena, cujus forma decurtata בת, ut in sermonibus hebraico, chaldaico et syriaco, etiam in himyaritico adhibetur; cf. titulos 6, v. 1; 22. — עמרת = عَمَارَة, nomen proprium hominis satis usitatum. Radicem sabæam עמר D. H. Müller asseverat non nisi urbis nomine עמרן (عمران) cognitam fuisse. Vide tamen עמרם = عَمْرَم, Hal., 92 et 96. — D. H. Müller נעם, nomen feminae, legit, sequente *dâl*, quo ejusdem cognomen inciperet. Nobis autem נעם, nomen feminae, displicet: apud veteres Hebraeos נעם, nomen viri (*I Chr.*, iv, 15), sed נַעֲמָה et נַעֲמִי nomina mulierum invenimus. Lineam separationis | in *yôd* ׀ mutare in promptu est, atque sic ad nomen proprium נעמיר « gratia manus », hoc est manus divinae, pervenitur. Cf. nomen feminae retroactum ירנעם in titulo 9°

Academiae et collata cum hoc nomine in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 59-60. Glaser post *dâl* lineam separationis vidit.

Versus 2. Auctore D. H. Muellero, supplemus אל[יהן « earum diis ambobus ». De אל nomine appellativo, vide nostram commentationem ad titulum 8, v. 2. Suffixum tertiae personae pluralis feminini הן = הֵנּ hic et in versu tertio, adhuc rarissimum (cf. Hal., 682, v. 8, בהן = בֵּהֵנּ), obversatur. — רהטן בעל | Müller cognomen 'Athtari esse judicat; non autem animadvertit hoc cognomen probabiliter in Hal., 419, v. 6, legi: עתהר | דרה[טן]. Ubi situm fuerit sacrarium Raḥṭān (cf. رَاهِطٌ, رَاهِطٌ, رَاهِطٌ in lexicis Arabum geographicis) elicere non potuimus. Non audeamus sequens dei nomen, quod a littera ט incipit, supplere. D. H. Müller proponit מתבקבטין vel מתבקבט.

Versus 3. מקברהן = مَقْبَرَتَيْنِ. — De מרבחם, vide annotationem nostram ad titulum 20, v. 2. — Finis certe non discrepat a fine tituli 20, v. 4, unde עתהר | שר[קן] | בן | מהבאסם, instigante D. H. Muellero, mutuamur.

Ergo totum titulum, præcedenti simillimum, sic restituimus et vertimus :

..... | בנת | עמרת | ונעמיר | [ו.] | עסאו | ונקבן | מקברהן | מרבחם
 | אל[יהן | בעל | רהטן | ומ[.....] | ובמקם | מראהן |
 [| מקברהן | מרבחם | עתהר | שר[קן] | בן | מהבאסם

M. fi]lia 'Oumdrati, et Na'amyad, [et confecerunt et foderunt suæ sepulturæ locum sedem quietis, beneficio deorum] suorum amborum, Domini Rahtâni, et M[. , et beneficio principis sui ; et commiserunt] suæ sepulturæ locum, sedem quietis, 'Athtaro Orien[tali] contra unumquemque malum afferentem.

22

Langer, 13; Glaser, 22.

Effigies singularis hunc titulum comitatur. Femina, genibus super tapete, ni fallimur, submissis, sinistrum brachium tollit et manu aperta mulierem alteram ex transverso positam sublevat. Utraque, pileo simplici totum caput tecta (cf. tabulam III in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, etc., 1), vestem virgatam inornatam induit. Cornua et orbis super caput mulieris prioris geni-



bus nixæ fortasse adspectu sentiuntur, non autem clare dispiciuntur. Imago, quam hic intexuimus, delineationem Glaseri accuratissime exprimit.

Titulum unius versus exscribimus :

חַלָּהּ | חַת | חַתְּמִי | חַתְּמִי

חַלָּהּ | רַחֵם | בַּת | סַלְמָה

In interpretatione primi vocabuli omnino dissidemus a D. H. Muellero, qui titulum in *Langer's Reiseberichte*, p. 73, edidit et interpretatus est. Nempe חַלָּהּ nomen proprium = خالّة vel خالّة esse contendit. Nos autem non solum arabicum خالّة, nomen appellativum « capsam, thecam » significans, recordamur, sed etiam phœnicium חַלָּהּ in titulo Esmun'azari, v. 3, 5, 7, 11 et 21; vide *Corpus inscript. Semit.*, pars prima, I, p. 16, col. 1. Cogita præsertim de חַלָּהּ וּבַקְבֵר חַלָּהּ « in theca hac et in sepulcro hoc », v. 3, et concludes duo vocabula חַלָּהּ et קַבֵּר fere unum sonare. Persona mortua, cujus hic thecam (חַלָּהּ),

חַלָּהּ) habemus, muliere ea repræsentatur quæ ab altera vivente sustinetur. — Nomen proprium feminae sepultæ רַחֵם « amica »; cf. hebraice nomen matris Josiæ וְרֵיחָם, II *Reg.*, xii, 1. D. H. Müller רַחֵם cognomen mulieris חַלָּהּ nuncupatæ esse dicit. — בַּת « filia », forma decurtata ut in titulo 6, v. 1, pro pleniori בַּתְּנָה; cf. titulum 21, v. 1. — סַלְמָה = سَلْمَة cum mimatione, nomen proprium apud Arabas usurpatum; cf. סַלְמָה, Hal., 681, quod autem monti Silyâmo dicto respondere potius videtur; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 30.

Si nostræ sententiæ faveas lapidem sepulcro impositum fuisse, etiam translationi nostræ favebis :

Theca Waddatæ, filie Sâlimi.

23

Glaser, 23.

Ed. Glaser, in octava ad Academiam relatione inedita, hæc loquitur : « Titulus descriptus est ex lapide, qui in parvo summi gubernatoris (*wâli*) Museo nunc servatur, et quem ipse inter Şan'âum et Rauda (روضة) invenit, quum terram foderet ut sulcum aquæ (عَيْل) in hortum suum Raudensem perduceret. » De situ urbis Raudæ, quæ ad septentrionem non longe a Şan'âo distat, certior fiet chorographia vicorum circa Şan'âum, quam Ed. Glaser in suo libro, *Mittheilungen*, etc., inscripto, inter paginas 87 et 89, inseruit.



In tabula, quam ex delineatione Glaseri incidendam curavimus, stat persona brachiis sublatis; ad eam tendit animal, canis vel felis; subjectus est titulus :

𐤀 𐤁 𐤂 𐤃 | 𐤄 𐤅 𐤆

נצב | חטין

Cippus Haṭhiyyi.

De vocabulo נצב, vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 52, qui phœnicia נצב et מצבה comparanda putant in *Corpus inscript. Semit.*, pars prima, I, p. 64, col. 1. — חטין = חָטִי «fortunatus, probatus». Nomen appellativum חטין cum חטין sæpius conjungitur; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 34. Quod ad nomen proprium חטין = חָטִי attinet, placet afferre verba Al-Hamdânii et Yâkûti in Yâkût, *Mu'djam*, IV, p. 671, s. v. *مَنْكُثُ نَاحِيَةِ الْيَمِينِ : مَنْكُثُ حَصْنِ بَيْدِ عَبْدِ عَلِيِّ بْنِ عَوَاضٍ قَالَ ابْنُ الْبَلَّاحِ مَنْكُثُ الْخَطِيِّينِ*

« Et Mankath tractus est in Yemeno, arx quam possedit 'Abd 'Alî ibn 'Awwâd. Dixit Ibn Al-Hâ'ik (quo cognomine designatur Abû Moḥammad Al-Ḥasan Al-Hamdânî, de quo vide supra, p. 1 et 2; cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtsschreiber der Araber*, Göttingen, 1882, p. 36) : Mankath Haṭhiyyorum, et ii supersunt ex regibus familiæ Aş-Şiwâr nobilis et honoratæ. » Quæ sit regum familia Aş-Şiwâr (variæ lectiones in Yâkût, *Mu'djam*, V, p. 455 : الضرار et الضرار) ignoramus.

24

Glaser, 25.

Titulus a Glasero in ruinis castelli Gumdan (vide tabulam I, necnon delineationem p. 4) in-

ventus est. Litteræ tenues, ex parte deletæ. Textum emendatum sine translatione edidit Glaser in *Mittheilungen*, p. 56. Apographi Glaseriani exemplum hic habes :

. . . . ? פ | ל א ח ז ח | פ י פ ח ח | ל א ח י | ד ח ח פ ח פ 1
 . . . | ח א ח ח | ח א ח פ ח ח | ח א ח ח | > ח פ ח פ | ח א ח 2
 ח א ח ח ח | ח א ח ח | ח א ח ח | ח א ח ח . . . ח א ח 3
 ח א ח ח ח | ח א ח ח | ח א ח ח | ח א ח ח | ח א ח ח 4
 ח א ח ח | ח א ח ח 5

Quod hebraicis litteris transcribe :

. . . . ב י . . . | נ ש א כ ר | ו א ח י ה ו 1
 . . . | ח א ח ח | ח א ח ח ח | ח א ח ח ח 2
 ח א ח ח ח | ח א ח ח ח | ח א ח ח ח | ח א ח ח ח 3
 ח א ח ח ח | ח א ח ח ח | ח א ח ח ח | ח א ח ח ח 4
 ח א ח ח ח | ח א ח ח ח 5

Versus 1. והבאום; cf. versum 3 et titulos 1, v. 2; 4, v. 1. — Cognomen non יסבר, sed ילבר, ut in O. M. 12, v. 1, legendum opinamur. — Post ואחיהו[ן], corrige נשאכרב; cf. titulum 5, v. 1. Sequitur yôd, initium cognominis brevissimi, tribus litteris constantis, ut in titulo 1, v. 6.

Versus 2. Lege ואג[ים] et confer titulum 20, v. 3. — De אזאר, vide titulum 1, v. 1 et 2; de אבכרב, titulum 20, v. 1. — אסער (أسعد) hic cognomen, alias nomen in Os. 17 = B. M. 18, v. 1; 33 = B. M. 34, v. 1.

Versus 3. בנו «nepotes», sicut in titulis 1, v. 3; 2, v. 2; 4, v. 1; etc. — Nihil inter ו ה Wabb'awwami alterius desiderari credimus, cujus cognomen יארף inauditum ex radice inaudita. — Deinde בן | סחם, vel potius בן | סח[ימ] «Sukhaimenses», perinde ac in titulo 8, v. 3. — Ultimum vocabulum אקול legimus, Glaserum (*Mittheilungen*, etc., p. 56) secuti, qui titulum suum 302, apud nos 37, nunc Berolini in Museis Regiis servatum, jure comparat. Ibi enim versu sexto legitur קול | ירסם «princeps Yarsumi». De vero sensu vocis קול, cujus plurale אקול, *ibid.* et in Os. 35 = B. M. 33, v. 2, necnon in Hal. 29, v. 1, certum est, disseruit Glaser, *Mittheilungen*, p. 56, et contendit principem urbis vel tribus kaul appellari. Cui opinioni assentimur. Animadvertite plurale אקול, in utroque Osianderi et Halevyi exemplo, ante vocem שעבן, ut in nostro titulo, positum.

Versus 4. Tribus ירסם = ירסם «signum imprimit»

nova. Ex versu præcedente concludere licet eam in Sibâni Sukhaim, non procul a Şan'âo, consedissee. Hæc scripta erant, quum nostram sententiam titulo Glaseri 302, de quo vide supra ad versum 3, et argumentis ab ipso (*Mittheilungen*, p. 56-57) allatis mirum in modum corroboratam sensimus. — Lege deinde וברא[ן] «tixerunt et condiderunt». De hoc sensu radicis הוב, qui cum arabico حُب «vestis» concinit, recta conguessit et exposuit D. H. Müller in *Langer's Reiseberichte*, p. 37-38. — Verbum ברא et similia, quibus conjungi solet, in nostris titulis vocabulum ביה «domus» sæpe sequitur; cf. titulos 4, v. 2; 6, v. 3; Langer, 2, v. 2, et passim in epigraphia yemensensi. Ideo hujusmodi sensum in עברהמו | חרה quaerimus. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 49 (cf. *ibid.*, p. 65), docuerunt vocabulo עבר agros litorales exprimi, per quos aqua rigatur. Locutio plenior apud Halevyum, 535, v. 1, עבר | נהרן «ager litoralis torrente adpersus» reperitur. Sensum regionis ubi pastores transibant, e radice עבר «transire», proposuit Glaser, *Mittheilungen*, p. 25; quæ interpretatio minus nobis placet. Quod ad חרה pertinet, collato arabico حُر, «optimam terram» designare nobis videtur; cf. Lane, *Au Arabic-english lexicon*, I, p. 538, col. 3. Alia exempla חרהן, Fresnel, 11, v. 1; Hal., 210, v. 3; חרההו, Rehatsek, 1 (conflatum ex 1, 4, 5, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 682), v. 4; fortasse חרה, Hal., 353, v. 3. Omitimus Os. 13 = B. M. 12, v. 8, necnon Hal., 359, v. 7,

quum in interpretandis his locis alia præoptaverimus. — In fine versus legebatur nomen proprium agri litoralis, fortasse etiam principium vocabuli alterius, antecedente conjunctione.

Versus 5. Versus initium nos latet. אַרְפַּפּים obscurum. Quum de ædificatione agatur, licet recordemur Phœnicum אַרְפַּת, Arabum عَرْفَة (etiam عَرْفَة), quorum prius fortasse in titulo Bibliensi, v. 4 (*Corpus inscriptionum Semiticarum*, pars prima, I, p. 3-8), certe in titulo Maʿṣābensi, v. 1 (cf. Clermont-Ganneau in *Revue archéologique*, 3^e série, t. V, juin 1885, p. 380-381), posterius in *Corano* (xxv, 75; xxix, 58; xxxiv, 36; xxxix, 21) porticum tectam designat. Cur non legas in nostro titulo אַרְפַּפּים[ה]?

«et porticus suas»? Si huic interpretationi assentiris, רוּחַ nomen erit porticus unius, quod cetera porticum nomina sequebantur. Cui opinioni repugnat, non autem penitus obstat, voci רוּחַ non urbium, nec porticum, sed tribuum arabicarum nomen inhære; vide Yâkût, *Muʿdjam*, I, p. 463 et 470; Ibn Al-Athîr, *Kâmil*, II, p. 13; Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen der arabischen Stämme und Familien*, p. 382. Nec tamen credimus voce רוּחַ in titulo nostro tribum indicari. Consequeretur enim אַרְפַּפּים in אמְרַאִים «domini sui» esse immutandum; nec quid e lectione Glaseri alias accurata maneret. Versum interruptum non desinere opinamur, sed alia deesse quæ ignoramus.

Sic ergo, conjecturis satis probabilibus freti, legimus :

1 והבאום | יענר | ואחיהו | נשאכרב | יי |] ו א
2 גרם | והמעלת | אזאר | ואבכרב | אסער |] ו י
3 בנו | והבאום | יארף | בן | סח[יפ] | אקול
4 שעבן | ירסם | התבו | וברא[ן] | הרת | עברהמו
5 [ו] אַרְפַּפּים | רוּחַ [ו]

Quod vertimus :

- 1 *Wahb'awwam Yagbur, et ejus fratres Našakarîb Ya* [et A-
- 2 *gur, et Ham'athat Az'ad, et Abûkarîb As'ad, [et,*
- 3 *nepotes Wahb'awwami Ya'dhuf, Sulhaimenses (?), principes*
- 4 *tribus Yarsum, renovaverunt et condiderunt terram optimam agri sui litoralis*
- 5 *., [et] porticus suas Razâh [et*

25

Halévy, 12.

Fragmentum duorum versuum Halévy in ruinis domus dirutæ ultra portam *Bâb Šu'ûb* dictam (cf. delineationes p. 3 et 5) invenit. Duplex dei ʾĪlmaḳḳâh mentio, qui ʿAmrâni colebatur, demonstrat lapidem ʿAmrâno Ṣanʿâum allatum fuisse.

Hæc leguntur :

10M 41E1P	באלמקה בעל
41E1P 10	וב אלמקה

Versus 1. Animadvertite litteram *alif* ad sinistram vergentem. — Deus ʾĪlmaḳḳâh jam in titulo 18, v. 2, occurrit.

— Post בעל supplendum אום, ut in Os. 4 = B. M. 5, v. 4; 13 = B. M. 12, v. 3; 34 = B. M. 36, v. 5 et 6.

Verte igitur :

*Nomine Īmalḳāḥi, domini [Awwami]
 et nomine Īmalḳāḥi*

26

Glaser, 26.

Titulum ita læsum ut plurimas ejus litteras legere non jam valeas Glaser in domo Judæi cujusdam Ṣanʿâensis cum titulo 27 exscripsit. Uterque in fimo latebat, nec quid de antiquitate lapidum constat, quum possessor eorum titulos commenticios et æreas tabulas falsas fabricari soleat; cf. Glaser, *Mittheilungen*, etc., p. 49.

Ejusdem apographum hic interpretandum exhibemus :

..... 𐤀𐤅𐤆𐤇𐤈𐤉𐤊𐤋𐤌𐤍	1
... 𐤎 𐤏𐤐𐤑𐤒 𐤓𐤔 𐤕𐤖 𐤗	2
..... 𐤘𐤙𐤚𐤛 𐤜𐤝𐤞𐤟𐤠𐤡𐤢𐤣𐤤	3
𐤥𐤦𐤧𐤨 𐤩𐤪 𐤫𐤬𐤭𐤮 𐤯 𐤰𐤱	4
..... 𐤲𐤳𐤴𐤵𐤶𐤷𐤸𐤹𐤺𐤻𐤼𐤽	5
..... 𐤾𐤿 𐥀𐥁𐥂𐥃𐥄𐥅𐥆𐥇	6
..... 𐥈𐥉𐥊𐥋𐥌𐥍𐥎𐥏 𐥐𐥑𐥒𐥓𐥔𐥕	7
..... 𐥖𐥗	8
.....	9

Quod hebraicis litteris transcribimus :

..... הויובניהו	1
..... א פנותהו בעל ס ר ך	2
..... אלוהאסאמ׳מדם בדתרמת׳	3
..... נמו בן אלצ׳שק׳ מז׳ ואצהג׳	4
..... א מו עדי בתהמ׳ ו׳תנטכצל׳	5
..... מקטרמה׳ש׳תורם ומסו	6
..... מתכנהן ולומא׳ נען	7
..... מ	8
.....	9

Versus 1. Titulus ab hoc versu nomine proprio ventis, fortasse אבאמר (vide v. 8), incipiebat, quod sequebantur ב[נו] ובהיהו | ובניהו | וואהיהו; cf. Os. 9 = B. M. 7, v. 1; 16 = B. M. 20, v. 1; 18 = B. M. 19, v. 1 et 2.

Versus 2. In vocabulo quod a *śin* incipit et in *wāw* desinit, verbum, quo votum indicatur, sensu usitati, הקניו, quærimus, fortasse ס[למ]ן; cf. Hal. 188, v. 1; 201, v. 1; substantivum מסלם ap. Os. 30 = B. M. 29, v. 2; 36 = B. M. 37, v. 3; Reh. 10, v. 1 et 2; nomen proprium viri סלמם in titulo 22; arabicum سلم «tradidit», hebraicum שלם. — פנותהו בעל | פנותהו prima dei indicatio est, cuius gratia fit consecratio. Glaser, *Mittheilungen*, p. 49, transfert: «dominus, protector ejus honoris». Nos potius, collato titulo 1, v. 4, credimus voce פנות aream domus vel domum intelligi. Vide ביהמהו בעל | ביהמהו eodem sensu in titulo 5^o Academiæ, v. 2, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 46-47. — In fine hujus versus et principio sequentis conjicimus קינן | קינן אלהמו, sicut in titulo 8, v. 2.

Versus 3. Primæ litteræ, si litteram *wāw* detrahas, eadem sunt quæ in titulo 8, v. 2, scilicet: אלה | הסאם, epitheton dei Kainâni, quem ideo huc etiam adducimus; cf. etiam titulum 27, v. 6. — Ad litteram octavam progredimur, et legere proponimus: משנרן | בדת | מת[עהכו] «obtulerunt hunc titulum, quia liberavit ipsos». משנרן, vox in titulis Musei Britannici usitatissima, titulum himyariticum significat; inde مُسْنَرٌ, quo Arabes scripturam Himyaritarum designant. Duos *mîm* separatione disjunctos pro uno exemplaris Glaseriani finximus.

Versus 4. המו fortasse vestigium vocabuli ושעב[המו] «et tribum ipsorum»; cf. titulum 27, v. 2. — בן = מני post verbum מהע, sicut in Os. 7 = B. M. 14, v. 6 et 7; 10 = B. M. 13, v. 3; 13 = B. M. 12, v. 5 et 6; etc.

— Deinde כל suspicamus; de sequentibus autem in incerto hæremus.

Versus 5. ש[נ]אהמו suppleendum. — ביהמהו pro ביהמהו «domus ipsorum»; cf. titulum 6, v. 3. — Deinde series rerum consecratarum enumeratur; legendum fortasse זל[מן] ותני «et duas imagines».

Versus 6. מקטרם «turibulum unum»; cf. titulum 30, v. 4 = Glaser, 324, v. 4; Rehatsek, 11, v. 6, 7, 10; Glaser, 29, v. 12; D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, 11, p. 29; idem, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin* (Berlin, 1886), p. 16 et 17. — Pro littera ש dubia legimus ו; ורם «taurus unus»; cf. Os. 10 = B. M. 13, v. 3; 13 = B. M. 12, v. 9; Hal., 152, v. 11; 648, v. 2 et 3; O. M. 8, v. 13. Tauri cultum apud Arabas meridionales illustravit Ed. Glaser in *Mittheilungen*, p. 2-6; cf. in tabula nostra decima imaginem lapidis, cui titulus Glaserianus 302, apud nos 37, inscriptus est. — Quidni in fine ומסו[דנהן] «et duo archetypa», sicut arabicum مَسْوَدٌ? Sensus ædificii adjuncti (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 38), vel templi (cf. titulum 41, v. 2, et Glaser, *Südarabische Streiffragen*, p. 25), loco nostro non convenit.

Versus 7. מתכנהן etiam duale, ut מסו[דנהן] (v. 6). De sensu vocabuli egerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 41 et 49, quum in O. M. 9, v. 12, et 12, v. 3, occurrat. Contendunt eo tabulam lapideam exprimi. De etymologia tacent, quam nos quoque ignoramus. Animadvertite in O. M. 12, v. 3, taurum aureum (| לורן |) et דדהכן simul deo Ta'labo offerri. — Post hæc legimus א | עבדהו | ווא | הען | «et pergat adjuvare [servum suum]».

Versus 8. Ni fallimur, legendum: א | באמ[ר] | בן | ע[מכר] | ב : nomina propria notissima.

Omnibus perpensis, e titulo mutilo hæc quum maxime elicimus :

- 1 אבאמר | וואהיהו | ובניהו | ב[נו] | ..
- 2 ..ך | ס[למ]ן | בעל | פנותהו | א[להמו] | ק
- 3 ינן | אלההסאם | משנרן | בדת | מת[עהכו] | ו
- 4 שעב[המו] | בן | כל | |] | שג
- 5 אהמו | ערי | בתהמו | ותני | זל[מן] | ו
- 6 | ו[מקטרם] | ורם | ומסו[דנהן]
- 7 ו[מתכנהן] | ול | ווא | הען | [עבדהו] | א
- 8 באמ[ר] | בן | ע[מכר] | ב |
- 9

Verte, si nostram lectionem probas :

- 1 *Abū'amīr, et fratres] ipsius, et filii ipsius, ne[potes. .*
- 2 *.k, tra[dide]runt domino ipsius areæ, de[o suo Kai-*
- 3 *nāno,] deo Khāsī'i, hunc titulum, quia libe[ravit ipsos, et*
- 4 *tribum] ipsorum ab omni (vexatione) [hos-*
- 5 *tium ipsorum in domo ipsorum, et duas sta[tuas, et*
- 6 *., et turibulum unum, et taurum unum, et archety[pa duo (?),*
- 7 *et] tabulas lapideas duas. Et pergat auxiliari [servo suo A-*
- 8 *bi'amī[r, filio 'A]mkari[bi.*
- 9 *.*

27

Glaser, 27.

Quæ supra (p. 39) de titulo præcedente diximus in hunc etiam conveniunt, nisi quod hic majora detrimenta passus est.

Apographum Glaseri sic exscribimus :

- 1 . . . ḥ10 . 041ḥḥḥḥ | 02
- 2 . . . 024ḥḥ020 | 024ḥḥḥḥḥḥḥ
- 3 . . . 21 . 04401ḥ8
- 4 2ḥḥ4 |
- 5 . . . 024ḥ040 | 024
- 6 ḥ441ḥḥ | 2ḥḥḥ | ḥ20 | 0ḥ . . .

Quod hebraicis litteris sic redditur :

- 1 מו | במסאלהו . ולס
- 2 דואת . שאהמו | ושעבהמו
- 3 תאלוחרף
- 4 הנאם
- 5 המו | והענהמו
- 6 בעווש | ש'נאם | כאלההס

Versus 1. Multa initio desunt, tum nomina voventium, tum mentio suscepti voti, cujus origo in primo versu narratur. Restitue, si lubet : במסאלהו | וקה[מו] | וק[] ; cf. præcipue Os. 9 = B. M. 7, v. 4-6.

Versus 2. Susplicamur ושעבהמו | אמראהמו [] צו[ר] ; cf.

titulum 17, v. 3; Os. 7 = B. M. 14, v. 10; 9 = B. M. 7, v. 10; O. M. 5, v. 10; 12, v. 8, etc.

Versus 3. Certum ארצהמו | ע[די] | וחרף | ע[די] ; sicut in titulo 2, v. 13.

Versus 4. הנאם «excellens» adjectivum est, modo

de liberis, modo, ut in hoc titulo, de fructibus adhibi-
tum.

Versus 5. Proponimus : ול | חריני | המו | והענ | נ | המו | בן |
« et utinam eos protegat et iis auxilietur ab ». Cf. חרינהמו,
O. M. 8, v. 21, et 12, v. 9; והעננהמו, O. M. 9, v. 18.

Versus 6. Collatis locis a Mordtmann et Müller, *Sa-
bäische Denkmäler*, p. 14, allatis, persuasum habemus
legendum esse נ | צע | ושצי | שנאם — Invocatione dei
אלהחסאם, id est Kainâni (cf. titulos 8, v. 2; 26, v. 3),
terminatur inscriptio, nec quid ultra desideratur.

Ex his quæ coniecimus, concludimus legendum :

1 חגן | וקהה | כו | במסאלהו | [] | ול | [] | ס | ערהמ
2 ו | ר | צו | [] | אמראהמו | ושענהמו | [] | ול | ס
3 ערהמו | פרע | ד | חא | וחרף | ע | רי | א
4 רצהמו | ואתמרם | הנאם
5 .. | ול | חריני | המו | והענ | נ | המו | בן
6 נ | צע | ושצי | שנאם | באלהחסאם

Verte igitur :

- 1 quia tuitus est ip]sos propter preces ad se. Et con[cedat ip-
2 sis fa]vorem principum ipsorum et tribus ipsorum, [et con-
3 cedat ipsis optima ve]ris et autumnii in[tra ter-
4 ram ipsorum, et fructus] excellentes.
5, et defendat] ipsos auxilieturque ipsis [a
6 con]tumelia et noxa hostis. Nomine dei Khâsi[ⁱ.

Auctore Glasero in duodecima relatione ad Academiam inedita, ambo tituli 26 et 27 a regione Arḥabo Şan'âum, nescit quo tempore, translati sunt. Similia, occasione titulorum 2 et 19, animadvertimus.

28

Cruttenden, 2.

(TAB. IX.)

Nullum de hujus tituli origine documentum possidemus, nisi quæ Cruttenden in *Journal of the London Royal Geogr. Society*, VIII (1838), p. 267, de loco, ubi suas quinque inscriptiones invenit, his verbis retulit : « Exstabant in parte antiquissima urbis Şan'â, circa radices tumuli *Dâr At-Tawâsi* dicti. » Cf. delineationem p. 3. Ubi nunc monumentum lateat ignoramus.

In nostra tabula nona representationem duplicem videbis solis luce expressam ex duabus lapidis marmorei imaginibus quas Cruttenden in *Proceedings of the Bombay Geogr. Society*, nov. 1838, et in *Journal of the London Royal Geogr. Society*, loc. cit., edidit. Priorem inversam rursus ereximus.

Jos. Halévy titulum mutilum, fragmentis decem versuum constantem, enucleare tentavit; vide ipsius *Études sabéennes* (Paris, 1875), p. 200-202; F. Fresnel arabicis litteris sine commentario apographum Cruttendeni antea transcripserat in *Pièces relatives aux inscriptions himyarites* (Paris, 1845), p. 95.

Hæc leguntur :

𐤀𐤀𐤁𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅	1
𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂	2
𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅 𐤀𐤁𐤂𐤃	3
· 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅𐤆𐤇 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄 𐤀𐤁𐤂	4
𐤀 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀	5
𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄 𐤀 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅𐤆𐤇 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃	6
𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅	7
𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄 𐤀𐤁𐤂𐤃 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄	8
· 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅 𐤀𐤁 𐤀𐤁𐤂 𐤀𐤁𐤂	9
· 𐤀 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄𐤅 𐤀𐤁𐤂𐤃𐤄	10

Hebraicis litteris :

· · סתופי צרי הצריי	1
יב עבדת סתופי מקה ונכד [?]	2
ו ינום עמכנתהו דשללת [?]	3
מי ולותא הושענהמו שימ [?]	4
ס בנעמתם ויפם ומנגת ט [?] vel ט	5
רבון [?] אלכנהמו ו סעדהמ [?]	6
דנמם שפקם בן דתא וחרף	7
עדהמו הנרם אתמום שפקם	8
נאם בן כל ארבהמו ט [?]	6 9
· לההמו ולהריה ו ה [?]	10

Ut in titulo præcedente, causam voti suscepti, non jam votum ipsum habemus. Multa in initio desunt. Versus a dextera integri videntur; a sinistra septem vel octo litteris circiter manci sunt, ut occasione versus 4ⁱ demonstrabimus.

Versus 1. In parte fracta restituere בלת; cf. v. 2. — סתופי, decima forma verbi usitatissimi ופי, significat «adjuvari, obtinere»; cf. Os. 35 = B. M. 33, v. 4; Hal. 106, v. 2. — צרי | הצרי, secundum Halevyi, loc. cit., interpretationem: «salutem quam attulit», suppresso al-

tero yôl vocabuli הצריי, nisi forte additum fuerit ut yôd consonantem designaret, sicut in orthographia neo-hebraica. Formam הצרי, scilicet הפעל verbi צרי, ex titulo Halevyano 604, v. 6, jam cognoveramus. — Deinde ה nobis prima littera videtur nominis dei הנרם, cui hoc votum concipiebatur. De lapideo deo הנרם (𐤀𐤁𐤂 «lapis»), vide v. 8; Hal. 24; 29, v. 2; 35, v. 2; 41; Mordtmann in Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch., XXXI (1877), p. 86-87, et in Sabäische Denkmäler, p. 3; cf. p. 15. Sequitur בעל, ut in O. M. 2 a, v. 3. E nomine sacrarii

supersunt duæ ultimæ litteræ יב, a quibus incipit versus secundus. Non auderemus proponere יב[מר], quum situs hujus urbis, quæ eadem est ac Ma'rib, antiquum veteris Yemeni caput (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 27-28), tali conjecturæ repugnet, nisi Ed. Glaser nos certiores fecisset (in *Mittheilungen*, p. 66) nomen Maryab etiam aliis Yemeni urbibus fuisse inditum.

Versus 2. Lege סתופי ודת «et quia obtinuit»; cf. v. 1. — מקה, collato arabico مَكَّة, aream mediam subdialem exprimere opinamur; cf. etiam הקה «area instruxit» in tituli Langer 1, nostri 40, v. 2; vide infra, et D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 8 et 18-19. Animadvertite cognomen dei קהם | הגרם apud Hal. 24; 29, v. 2; 41; quod autem Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 15) ter in קהם commutare velint; nos potius קה in O. M. 2 a, v. 3, etiam legimus. Utrum cognatio inter קהם | הגרם, hoc est deum Hagar rubrum, et nostrum מקה existat annon, dubitamus. — נכל in נכל corrigimus quod genus ædificationis quoddam significat, auctore D. H. Muellero, *Die Burgen*, II, p. 18 et 19, quum titulum Fresnel 54 interpretaretur. — In extremo versu שעבהו interponimus.

Versus 3. Lege דינעם et confer Fr. 40, v. 3; Os. 29 = B. M. 6, v. 7. — De vocabulo ומכנה (non ומכנה, ut Halévy, *loc. cit.*, bis impressit), cf. Hal. 485, v. 2, 3 et 4, et fortasse 465, v. 2, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 46. Sensus est «fines, territorium». — דשגלה, ut legere proponimus, nomen esset territorii = دوشگله; sic دوشگله nomen putei arabici apud Al-Bakri, *Mu'djan*, p. 766; Yâkût, *Mu'djan*, III, p. 46.

Versus 4. Quid valeat pronomem suffixum duale מי[ה] ignoramus, quum nomen præcedens lateat. — De iis quæ sequuntur et de versu 5 egerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 52. In universum cum viris doctissimis consentimus, discrepantes in aliquot singulis. Legimus enim : ולווא | הושענהמו | שימ[המו] | הגר «Et pergat ipsos liberare patronus [ipsorum Hagar]». De forma verbali הושע = hebraice הושיע, cf. Miles, 6, v. 4, in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 679 et 680; O. M. 12, v. 15, ubi הושו in הושע corrigimus, repugnantibus Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 52 et 53. Quum lectio vocum additarum nihil dubii habeat, et versus 5 a necessario mim incipiat, litteras septem in fine uniuscujusque versus deesse asseverare non cunctamur.

Versus 5. Cum Halevyo legimus וופים | כנעמתם | ׀; cf. utrumque vocabulum sic conjunctum in Os. 16 = B. M. 20, v. 9; Prideaux, 4, v. 4, et inverso ordine in

titulo 1° Academiæ (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 38, cum emendatione J. H. Mordtmanni in *Literaturblatt für orientalische Philologie*, I, p. 432). — Quæ sequuntur צ[דקם] | ומגלה cum Mordtmanno, qui primus in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 329, rectam viam munivit, interpretamur : «et bonis legitimis»; cf. Prideaux, 4, v. 4; 16, v. 2. D. H. Müller, qui in *Sabäische Denkmäler*, p. 52, transfert «et salute merita», lectioni Halevyanæ, *loc. cit.*, צדקם | ומגלה assentiri videtur. In fine versus addimus : ׀ |.

Versus 6. Initium cum Halevyo, *loc. cit.*, et Mordtmanno ac Muellero, *Sabäische Denkmäler*, p. 14, legimus رضوان ألبايمهم = רצון | אלבכהמו. — Ut monuit Halévy, cetera sic restituimus : א | סעדהמו | ברי | א.

Versus 7. דגם legimus, id est finem vocis אדגם, suppresso mim altero. Vertimus, cum Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 27 : «Et largiatur ipsis plenitudinem potentiae.» — שפקם (cf. v. 8) contextu magis quam etymologia adjectivum esse «opulentus» significans suspicamus; cf. verbum השפקהו, Hal. 344, v. 20. — בן | דתא | וחרך «in vere et autumnus». De anno Sabæorum sic in duo tempora diviso, cf. titulos 2, v. 13; 27, v. 3. — Supple, suadente Halevyo, sub fine : ׀ | ׀, etsi ad terminandum versum vix sufficiat.

Versus 8. De hoc versu et versu 9, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 324. — Nomen dei lapidei Hagar hic primum in titulo integrum occurrit. — Halévy agnoverat אהמרם legendum, sensu «fructuum», qui שפקם «opulenti» dicuntur. — Nos proponimus addendum וואלרם ante הנאם, sicut in titulo Academiæ 11°, v. 6; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 65.

Versus 9. Post הנאם, de quo supra, legimus cum Mordtmanno et Muellero, *loc. cit.*, כל | ארצהמו, et למ, primam litteram versus decimi, in mim mutantes, incepta persequimur, et reliqua sic conjicimus :] | וכל, quum משימהמו et ארצהמו sæpius conjungantur; cf. Os. 9 = B. M. 7, v. 7; 11 = B. M. 9, v. 8; titulum Academiæ 14^{um}, v. 18 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 76 et 77); nostrum titulum 2, v. 13 et 14.

Versus 10. Non credimus nos inconsulte vana nobis arrogare, quum contendimus hoc modo textum emendandum esse : ׀ | הרין | הגרם | עברהו : «Et defendat Hagar servum suum»; cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 6. — Sequebatur nomen servi, nec magis finem quam initium tituli possidemus.

His argumentis freti, legimus et vertimus :

1 כדת | סתופי | צרי | הצרי | חגרם | בעל |
 2 מר[יב | וברת | סתופי | מקה | ונכל |] | שעבה
 3 ד[ינעם | ומכנתהו | דשגלה |] | ו...
 4 מי | ולזוא | הושענהמו | שיב[המו | חגר
 5 ס | בנעמתס | ד[ו] פיס | ומלה | צ[רקס | ו
 6 רצון | אלכבהמו | ו[ל] | סערהמו | כרי | א
 7 דנס | שפקס | בן | דהא | וחרף |] | ול | ס
 8 ערהמו | חגרם | אתמ[ר] | שפקס | וואלרם
 9 ה[נאס | בן | כל | ארצהמו |] | וכל | משי
 10 מתהמו | ול |] | הרין | חגרם | עברהו
 11

1 quia] obtinuit salutem quam attulit Ha[gar, dominus
 2 Mar]yabi, et quia obtinuit aream subdiālem, et construc[tionem tribus sue
 3 Dhū] Yun'im, et territorium suum Dhū Sagla, [et.
 4 Et pergat ipsos liberare patronus [ipsorum Hagar
 5 cum benignitate et [pro]tectione et bonis le[gitimis, et
 6 gaudio cordium ipsorum; et largiatur ip[sis] plenitudinem po-
 7 tentiæ opulentæ in vere et autumnno [; et lar-
 8 giatur ipsis Hagar fructus opulentos [et liberos
 9 per]fectos in omni terra ipsorum [et omnibus a-
 10 gris ipsorum. Et servet Ha[gar] servum suum
 11

Gratiæ maximæ deo Hagar aguntur, quia tuitus est tribum Dhū Yun'im et territorium Dhū Sagla. Mentione dei Hagar monemur titulum Gaimāno, vel a suburbio Gaimāni, Şan'āum advectum esse; cf. quæ ad titulum nostrum 5, supra, p. 15, adnotavimus, atque etiam quæ attulit J. H. Mordtmann apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3.

29


Glaser, 281.

(TAB. VIII.)

Titulum ineditum, a sinistra mutilum, a dextera integrum, Ed. Glaser in domo incolæ cujusdam Şan'āensis vidit, qui ei facultatem dedit ut ectypum chartaceum e monumento ipso sibi conficeret. Redux e peregrinatione, Ed. Glaser, ut studiis nostris faveret, ad nos ectypum a se sumptum misit quod luce solis exprimeretur. Viri humanissimi propensæ voluntati debemus quod in tabula octava lapidis

imaginem invenies. Effigies dimidia parte minor est quam exemplar. Lapis 0^m,29 altus, 0^m,63 latus. A dextera late patet monogramma, quod altitudinem quinque versuum comprehendit, et ubi facile nomen proprium, a quo titulus incipit, סעדאל «Sa'd'il» agnosces.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :

..... 400 >4H200 2101H 40 1H40H	
..... 40 H>00 0>804 4402H 24912H 0	
..... 4H200 2101H 02490H 9400 2H	
..... >X80 02490H 24912H 040 048	
..... 2H4H042H 2>4H4H.....	

Quæ hebraice :

..... [?] וּבְנֵי וְעַמְדָּהְר וְאֶלְעַמְד בֶּן סַעְדָּאֵל	1
..... וְה וּבְרָא וְהִתְרו אֶמְעַנֶּן לְמַלְיָחַם וְה	2
..... וְעַמְדָּה [?] וְאֶלְעַמְד אֶם וְקַנִּי אַבְיָהֶמו	3
..... וְעַתָּה בֵּיתָהֶמו לְמַלְיָחַם בְּנֵו תְּרו	4
..... וּמַהֲבֶאֱסַם בְּאֶסְכְּרָם	5

Versus 1. Initium tituli possidemus. — Nomen proprium סעדאל frequens in epigraphia himyaritica; cf. Hal. 43, v. 1; 187, v. 1; 192, v. 1; etc. — אֶלְעַמְד unico exemplo Hal. 529, v. 1, adhuc cognoscebatur; cf. עַמְדָּה, nomen proprium supra nomisma in Museo Britannico servatum apud Jos. Halévy, *Études sabéennes*, p. 185. — עַמְדָּהְר semel in Hal. 577, v. 1, occurrit. — Supplemus וּבְנֵי[הו] בְּנֵי «et filii [ejus, nepo]tes».

Versus 2. Non desunt apud Arabas tribus مَلِيحٌ appellate; cf. Ibn Doraïd, *Istikâlâ*, p. 276; Wüstenfeld, *Register*, p. 295. Malumus legere Dhû Milyah, secundum pronuntiationem in vocabulo حَمِيْرٌ Hîmyar vulgatam. Sic Hîmyat in titulo 5^o Musei Luparensis enuntiavimus et omnes voces, quas Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmöler*, p. 54, pro deminutivis habent, assimulandas putamus; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monnments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 7. — אֶמְעַנֶּן «Minæi», scilicet oriundi ex urbe Ma'in, pluralis adjectivi relativi מעַנִּי «Minæus», Os. 27 = B. M. 16, v. 1; Hal. 536, v. 1 (ubi credimus מעַנִּי pro מעַנְנִי legendum esse). Quamquam de Minæis agatur, non magis in nostro titulo quam in Os. 27 singularia dialecti Minæorum usurpantur. Cum plurali אֶמְעַנֶּן licet comparare, in titulo Academiæ 14^o, v. 5, אַהְמְרֵן «Hîmyaritæ»; *ibid.*, v. 10, 13 et 14, אַרְיֵרֵן «Raidânitæ» (Joseph et Hartwig

Derenbourg, *Études*, 1, p. 76 et 77), et exempla multa, quæ J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsch. morg. Ges.*, XXXI, p. 70, congescit. — Finis versus variato ordine tria verba eadem comprehendit quæ in titulis nostris 17, v. 2; 18, v. 1; cf. 4, v. 2; 6, v. 3. Supple igitur וְה[שִׁקְרֵן] וְהָ, et animadvertite בְּרָא sine ulla terminatione.

Versus 3. Duæ litteræ אַם vocis אַם[גַּנ], ni fallimur, supersunt, qua circuitus murorum exprimitur; de substantivo, vide Glaser, 317 = Glaser, 279, in Glaser, *Mittheilungen*, p. 15; D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 31, et J. H. Mordtmann, *ibid.*, p. 93. Animadvertite etiam גַּנָּאם, nomen proprium in titulo 37, Ḥadaḳāni reperto (Glaser, 302, v. 5), nunc in Museis Regiis Berolinensibus, apud Glaser, *Mittheilungen*, p. 1 et seq., et apud D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, p. 12. — קַנִּי | אַבְיָהֶמו, cf. קַנִּי | אַבְיָהֶמו «bona sua et bona patris sui» in Glaser, 302 (apud nos 37), v. 2, et commentaria, quum Glaseri, *Mittheilungen*, p. 17-18 et 23, tum D. H. Muellerei, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, p. 8. *Yôd* in אַבְיָהֶמו non credimus arabico اِبْيَاهِم, genitivo singulari, respondere, sed in eo vim dualis contineri. Quum de Ḥ'amado et de 'Amdhakarō agatur, non «patres» sed «majores» vertimus. Suffixo הָמו filii Sa'd'ili, hoc est nepotes Ḥ'amadi, et filii 'Amdhakhari designantur.

Versus 4. Supple הרו[ור, collato titulo 17, v. 4; cf. 20, v. 4; 21, v. 3. — Ex comparatione titulorum 20, v. 4; 21, v. 3, lucet post עההר legendum esse שרקן «Athtaro Orientali». Vestigium primæ litteræ, scilicet šin, etiamnunc videre nobis videmur. — Deinde ואל], initium vocis ואלאלה, proponimus.

Versus 5. Lege, nisi meliora ex ectypo elicias : אלת] «et di]is Šibâmi contra detrimentum quodlibet et unumquemque malum afferentem». De locis Šibâmo dictis, et de titulis, ubi שבם et alia vocabula ejusdem radicis inveniuntur, vide D. H. Müller,

Die Burgen, 1, p. 19-26; cf. J. H. Mordtmann apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6 et 8. — Non credimus radicem נכר unquam in lingua Sabæorum in bonam partem accipi, ut crediderunt Osiander (*Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XIX, p. 197) et Prætorius (*Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, p. 10); Halevyo potius assentimur, qui sensum detrimenti et truncationis agnovit; vide ejus *Rapport sur une mission*, p. 288-289. — Quod ad ומהבאס attinet, cf. titulos nostros 20, v. 4; 21, v. 3, et D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 57.

Ne dubites igitur sic tituli rimas explere :

בנ		ובני[המי		ועמד[הר		אלעכר		בן		סעדאל		ם
גנ		וה[שרקן		וברא		הותרו		אמענן		למליחס		ב
ור		ועמד[הר]		אלעכר		אביהמו		וקני		אס		ר
ואל		שרקן]		עהתר		כיתהמו		למליחס		בנו		ז
		נכרם		בן		שבם		אלת				ח

Verte, si lubet :

- 1 *Sá'd'il, filius Í'amadi, et 'Amdhakhar, et filii [horum duorum, nepotes Dhû Milyahi, Minæi, fundaverunt et condiderunt et te[xerunt circuitum*
- 2 *murorum, et bona amborum majorum suorum Í'amad et 'Amdhakha[r, et comiserunt nepotes Dhû Milyahi castellum suum 'Athtaro [Orientali et di-*
- 3 *is Šibâmi contra detrimentum quodlibet et unumquemque malum afferentem.*

Hic titulus non magis quam præcedens Šan'ænsis videtur. Nempe a terra Minæorum usque ad Šan'âum, nescimus quo fato, migravit. De 'Athtaro Orientali, in Minæorum pantheo, ædium, titulorum et sepulcrorum custode, vide quæ disseruit D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 58-59. Oppidum Šibâm, cujus dii invocantur ut præsidium suum monumento ferant, quodnam sit, elicere non valemus. Animadvertamus etiam in titulo nostro Minæos commemorari, peculiarem autem Minæorum dialectum non adhiberi.

30

Glaser, 324.

(TAB. IX.)

Tabula ænea, 0^m,12 alta, 0^m,162 lata. In summo margine duo foramina tenuia supersunt, quibus eam clavis figere licet. Pars inferior desideratur. Superiorem scripturam habemus, nec quidquam in quinque versibus servatis, vel a dextera vel a sinistra, deest. Inde fit ut initium tituli integrum teneamus et servata interpretari valeamus.

Eduardus Glaser hanc tabulam Šan'âi primus vidit et emptam in Europam attulit. Exstat nunc in Museis Regiis Berolinensibus, ubi apographum ex monumento ipso duximus. In tabula nostra

nona imaginem ectypi chartacei, quod professor Berolinensis A. Erman, eximius antiquitatum orientalium in Museis Regiis custos, nostra gratia e tabula sumendum benevole curavit, luce solis expressum invenies.

Quum venditori tabulae Ed. Glaser parum confideret, eam spuriam esse suspicatus est. Quam sententiam protulit in *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende Inschriften* (Prag, 1886), p. 75, ubi textum sine translatione exscripsit, nec tamen verborum, utpote ex titulo genuino sumptorum, auctoritatem in dubium vocavit. Possessor, Judæus quidam incola Şan'âi, tabulam ab oriente (*maşrik*), ut semetipsum, oriundam esse contendebat; quod Glasero ambiguum videbatur. Rursus A. Erman, ingeniosus atque intelligens priscae artis existimator, in epistola ad D. H. Muellerum missa, Glaserum redarguere et refellere sibi proposuit. Ex litteris, quas a doctissimo Erman accepit, D. H. Müller sequentia libavit et edidit in *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin, Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin, XXXIX* (1886), p. 853; separatim excusum, p. 15: «Hr. Glaser zweifelte die Bronzetafel in Bezug auf ihre Echtheit an, weil ein Wort auf ihr irrig wiederholt sei. Sie ist aber aus inneren Gründen ganz zweifellos echt. Das schöne rothe Oxyd und der steinharte Ueberzug aus Sand und Oxyd sind Dinge, die kein Fälscher machen kann. Die besten Kenner, die wir in Echtheitsfragen von Bronzen hier haben, die Herrn Doctor Dressel, Director von Sallet und Professor Furtwängler erklären dieselbe für zweifellos echt und auch ich habe nie an der Echtheit gezweifelt.»

De hoc titulo egit D. H. Müller in *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin; Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin, XXXIX* (1886), p. 853-855; separatim excusum, p. 15-17.

Hæc perspicue leguntur :

• 4 11 | ∞ 4 9 4 11 • | 4 4 11 11 | 11 4 11 • 1
 • 9 4 4 4 | 4 11 9 11 11 | 11 4 11 | 11 4 9 11 | • 4 11 2
 11 4 | 1 • 11 | 4 4 4 11 | 11 4 • | • 11 4 11 9 11 3
 4 | 4 11 11 | 4 4 11 | 4 11 4 11 • | 4 4 4 11 11 | 11 4
 4 4 4 | 11 11 | 9 4 4 11 | • 4 11 4 4 11 | 4 11 | 4 4 5

Quæ hebraicis litteris sic transcribenda :

עבדס | אצדק | ובניהו | בנו 1
 בנו | צידס | ארס | לעימן | הקניו 2
 שימהמו | ורס | שהרן | בעל | קב 3
 ב | משנדן | ומקטרן | בחר | מקטרס 4
 רק | בן | מחרמהו | בקדמי | לת | הקנ 5

Versus 1. Nomen proprium עבדס, cum *mîm* additio, confer apud Os. 22 = B. M. 24, v. 1; Hal. 342, v. 1. — Cognomen אצדק «justissimus» forma est elativa usati אצדק; sic אצדק in titulo 1, v. 1 et 2; אצדק in 2,

v. 1, etc. — ובניהו singulare esse, non obstante inserto *yôd*, D. H. Müller arbitrat. Locis, quos comparat, adde titulum Academiæ 8^{um}, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 54-55); ex iis autem tolle Os.

18 = B. M. 19, v. 1, ubi non dubitamus quin vocabulo בניהו vis pluralis insit. Quam hic etiam agnoscere nobis videmur, sicut ex translatione nostra patebit.

Versus 2. בנו bis repetitum D. H. Müller vertit: «Baniw, nepotes». Quod nobis minime placet. Namque, si videntes duo solummodo, pater et filius, essent, nec בנו (v. 2), quod semper de numerosa gentis prole adhibetur, nec שימהמו (v. 3), cum suffixo non dualis, sed pluralis, in titulo occurrerent. Nos potius in ejusdem vocabuli repetitione sculptoris peccatum, quod *ditto-graphiam* vocant, reprehendendum censemus. — De regione Hamdânensi Şayad edocemur per Al-Hamdâni, *Djazîrat al-‘Arab* (ed. D. H. Müller), p. 82, v. 8, 9 et 22; 106, v. 18; 111, v. 26. — דעיטן, nomen tribus, in urbe Gaimâno degentis, de qua vide Hal. 35, v. 1; 36, v. 1; O. M. 2 c, v. 1; 3, v. 1; D. H. Müller, *Die Burgen*, 1, p. 33-35; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17 et 18.

Versus 3. Deus שיהרן | ודם, *Wadd Šahîr*, id est «Wadd illustris» (D. H. Müller in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXXII, p. 546), titulo Barâkiši Halevyano 504, v. 2, jam innotuerat. — Nomen sacrarii קבב inauditum; Glaser קבב, ubi notissimum ‘Athtari templum erat, legit. Nos provocamus ad servandam lectionem קבב, qualem ipsi e titulo exscripsimus, collato nomine loci القباب, *Al-Kîbâb*, in Nadjdo Arabiae, apud Yâkût, *Mu‘djam*, IV, p. 25. In titulo Glaseri 290, nunc in Museo Britannico, v. 4, nomen viri קבבן nuncupati reperitur; vide Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*:

The Glaser Collection, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 176-177.

Versus 4. טקטרן «turibulum»; vide quæ ad titulum 26, v. 6, adnotavimus. — Quid valeat vox בהר. David Henricus Müller optime vidit. Æthiopice ብሔር *behêr* «spatium, regionem» significat; inde nomen dei supremi ኢግዚአብሔር, *egzi‘abehêr* «dominus universi». Himyariticum בהר hic, sicut arabicum مَكَانٌ, statum constructum accusativi offerret, et latinæ præpositioni «loco» apte responderet. — טקטרן statu constructo cum verbo סרק jungitur, qua structura sensus pronominis relativi inter utrumque interpositi exprimitur; cf. titulos 2, v. 6; 19, v. 7; etc.

Versus 5. סרק = سُرِقٌ passivum est, quod vertimus: «raptus est»; cf. quæ recte Jos. Halévy, *Études sabéennes*, p. 196-198, de titulo nimirum spurio attulit. — בקרטי (itidem Hal. 147, v. 8, et Glaser 285, v. 2, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions* in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 174) terminatione pluralis solummodo a בקרם differt, quam præpositionem in Reh. 10, v. 1; Hal. 600, v. 10; 601, v. 3, notavimus; cf. æthiopice ባቀድመ, *baqedma*, et ante pronomina suffixa ባቀድሜ, *baqedmé*, apud Dillmann, *Lexicon linguae æthiopicæ* (Lipsiæ, 1865), col. 462, et Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften, drittes Heft* (Halle, 1874), p. 24. — Cum D. H. Muellero supplemus הקניהן, sed יהן initio versus sexti stetisse putamus. — Quæ sequebantur desperamus.

Hæc igitur tituli translatio :

- 1 ‘Abd Aşdaq (justissimus) et fili sui,
- 2 Şayadenses, vassali Dhû Gaimâni, voverunt
- 3 patrono suo Wadd Šahîr, domino Kîbâ-
- 4 bi, hunc titulum et hoc turibulum, loco turibuli, quod rap-
- 5 tum est ex sacrario ipsius ante hanc consecra-
- 6 tionem

Origo Hamdânensis tituli e mentione «Şayadensium, vassalorum Dhû Gaimâni», clare apparet. Novi tituli, si inveniuntur, plura de deo «Wadd Šahîr, domino Kîbâbi», fortasse nos docebunt. Lapidem æneum in migrationibus fractum esse non miramur, et eorum quæ supersunt antiquitati ingenue confidimus.

31

Glaser, 293.

(TAB. IX.)

Lapis undique mutulus, 0^m,29 altus, 0^m,28 latus, ab Eduardo Glaser in urbe Šan'á repertus est, quum anno 1885 Yemenum iterum percurreret. Exstat nunc in Museo Britannico, cujus administrator, vir scientiæ quam palæographiam dicunt peritissimus, Eduardus A. Bond, necnon inclitus antiquitatum orientalium custos, Lepage Renouf, ectypum chartaceum nostra gratia sumendum curaverunt, quod solis luce expressum in tabula nostra nona invenies.

Titulum cum transcriptione hebraica, sed sine ulla translatione nec ullo commentario, edidit Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions: The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (september 1887), p. 180.

Hæc leguntur :

Quæ hebraicis litteris :

1	ה'אח	ו צלמן	1
2	חאחאח"ו,	תנבאה . .	2
3	אחאח ידו	ופין בנהם	3
4	ו אהאח	רבשמסו	4
5	והאח א	ל ופיהמו	5

Versus 1. Quamquam aliquot vestigia litterarum versus præcedentis in lapide supersunt, ex iis nihil elicere valemus. — Ante צלמן supple רן, antecedentibus nomine dei, cui votum suscipitur, et הקני « vovit », vel alio verbo idem significante.

Versus 2. תנבאה; cf. Fresnel, 35, v. 5; Os. 14 = B. M. 15, v. 3. Legimus תנבאה^{??} | חאחאח « quia ab eo concessa obtinuit ».

Versus 4. Nomen proprium רבשמסו titulis O. M. 2 a, v. 8 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 14), et Langer, 14, v. 5 (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 74) jam innotuerat; cf. etiam רבאל in titulo 17, v. 1, et in exemplis supra, p. 27, allatis; nec

non רבנסרם apud Hal. 639, v. 1, quum deus himyariticus Nasr non solum in *Corano* (LXXI, 23), sed etiam in titulis commemoretur; vide Ed. Meyer, *Ueber einige semitische Götter*, in *Zeitschrift der d. morg. Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 741, et titulum 9^{um} Academiae, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 59-60. Fortasse tamen legendum רבשמסו [ע] quod « occasum solis » (غرب الشمس) significat, sicut in titulo Langeri 1°, apud nos 40, v. 1; cf. D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 8 et 9.

Versus 5. ו | ופיהמו « atque ad salutem ipsorum », quum linea separationis conjunctionem *vāv* copulativam deesse doceamur.

Sic vertimus, omissis omittendis :

	[N.]
	[. vovit deo suo]
1 [hanc] statuum
2, quia ab eo concessa obtinuit
3 [et] salutem nepotum suorum
4 [et] Rabsams, et.
5 [atque] ad salutem ipsorum.

32

Glaser, 49.

Lapis quadratus marmoreus, circa 0^m,36 altus, 0^m,17 latus, in urbe Şan'â penes Şadîk-bey, anno 1883, servabatur, ubi eum Ed. Glaser vidit et titulum duobus versibus constantem exscripsit. De lapide ipso Glaser nobiscum communicavit eum in latere anteriore politum esse, in posteriore rudem mansisse.

Supra titulum duo circuli apparent, quorum uterque punctum in medio habet, et qui, ut occasione tituli Glaser 304, apud nos 38, professor Berolinensis Erman suspicatus est, oculos, in Ægyptiorum titulis persæpe impressos, barbare imitari videntur; cf. Erman, apud D. H. Müller. *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, in *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, p. 856; separatim excusum, p. 18. Inde concludimus lapidi certe sepulcrali nomen insculptum non aliud esse quam nomen defuncti.

Hæc in apographo Glaseri inveniuntur :

○ ○
 ח | ו י ז
 א ב ג ד

Quæ hebraice :

ד ש ה ר ם
 א כ נ ד

Latine :

Šahîr Akbâdensis.

Cum nomine proprio hominis ד ש ה ר ם confer ד ש ה ר ם, Miles 1, v. 1, in *Zeitschr. der d. morg. Gesellsch.*, XXX, p. 680, et cognomen ו ר ם ד ש ה ר ם dei ו ר ם in titulo 30, v. 3. — Mirare in scriptura vocabuli א כ נ ד litteram *alif* a sinistra ad dexteram declinare. Akbâd appellatio est montis

non multum a Mekka meridiem versus distantis, in vicinis urbis At-Tâ'if, de quo vide Al-Bakrî, *Mu'djam*, p. 72, s. v. ^{أدرك}Yâkût, *Mu'djam*, I, p. 342. Fortasse Akbâd alter, mons aut urbs aut tribus, hic refertur. De quo nihil affirmare, nihil negare audemus.

33

Glaser, 84.

Titulus, uno vocabulo comprehensus, in septentrionali parte muri urbis Şan'â inversus inclusus est, quo undique stativum præsidium, a Turcis ^{وردی}*urdî*, id est castra, nominatum, cingitur. Litteræ, circiter 0^m,12 altæ, lapidi albo singulari arte insculptæ sunt. Glaser existimat lapidem olim portæ propinquæ, *Bâb al-Yemen* dictæ (cf. delineationes p. 3 et 5), particulam fuisse.

Nomen proprium hominis ו ר א ב ן ו ר א ב *Wadd'ab*, linearum quadrato circumdatum, perspicue legimus; de quo nomine cf. Hal. 584-588; 591; 686, l. 6; *Transactions of the Society of biblical Archaeology*, V, p. 418. Sic, apud Hebræos, regis Davidis nepos simul ac dux regii exercitus י ם א ב *Yô'âb* nuncupatur.

34

Glaser, 85.

Fragmentum, 0^m,12 altum, 0^m,05 latum, anno 1883, penes Šákir-páscháh erat, ubi ab Eduardo Glaser exscriptum est.

Hæc legit :

Quæ hebraicis litteris :

..... חסד | חס..... צדק | נה.....

Sensum veri similem ex his quinque litteris elicere nobis non contigit. Textus fortasse in צדק | נה[פ] « Hofn justus » est emendandus. De rege Ma'ini Hofn justo, cf. Hal. 178; 374, v. 1=401, v. 1; 574, v. 2; D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 65.

ARTICULUS II.

BAIT BAUS.

35

Glaser, 28.

Pagus *Bait Baus* dictus non procul ab urbe Šan'á distat, si ad meridiem tendis; vide Yáqút, *Mi'djam*, I, p. 758 et 776, necnon chorographias editas ab Eduardo Glaser in *Petermann's Geographische Mittheilungen*, 1886, tabula I, atque in suis *Mittheilungen*, inter paginas 87 et 89.

Nihil de hoc titulo trunco nobis compertum, nisi eum in porta saxis incisa etiamnunc ex parte adspici. A dextera altera scopulorum labantium congeries.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :

..... חסד..... חס.....	1
חסד חסד חסד חסד.....	2
..... חסד חסד חסד חסד.....	3
..... חסד חסד חסד חסד.....	4
..... חסד חסד חסד.....	5
..... חסד חסד.....	6
..... חסד חסד.....	7
חסד..... חסד.....	8
..... חסד חסד.....	9
..... חסד חסד.....	10
..... חסד חסד.....	11

Versus 1. Quamquam, post *wâw* pro *‘ain* simillimo scriptum, *šād* (ם), non *thâ* (ז) in apographo Glaseri legitur, nomen proprium חמעה (cf. titulos 19, v. 1; 24, v. 2) in principio suspicamur, quod sequeretur ובניהו|נב «et ejus filii Nab...», fortasse Nabaṭkarīb (נבטכרב); cf. Hal. 169, v. 1; 202, v. 2; 630, v. 1.

Versus 2. Non dubitamus sic legere : וח[פ]ן| ובניהמו «et Hofn et filii ipsorum». De nomine חפן, *mîmatione* usitata carente, cf. Hal. 178; 450, v. 3; de nomine חפנם, cum *mîmatione*, vide quæ ad titulum 34 adnotavimus. — Sub fine צנ[עו] initium verbi צנ «muniverunt» esse conjicimus; de quo supra, p. 2, disseruimus, quum de cognato urbis Şan‘â nomine ageremus.

Versus 3. Legendum proponimus : וה[עדכו] | בוהבהמו «et reparaverunt dono suo et bonis suis». De significatione et usu verbi עדב, cf. imprimis Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 90. בוהבהמו

zirat al-'Arab (ed. D. H. Müller), p. 111, v. 14; et cf. Yaḳūt, *Mūdjam*, IV, p. 438, sub voce مخاض «provincia Djahrân». Jam decimo septimo Christi seculo a vetere gloria desciverat, quum in descriptione Yemeni, qualis tunc temporis erat, quam F. Wüstenfeld edidit, omittatur; cf. F. Wüstenfeld, *Jemen im XI. (XVII.) Jahrhundert* (Göttingen, 1884). Niebuhr non solum de vico quem *Höddäfa* vel *Eddoffa* (quod nihil aliud est quam الصاقه, cum articulo et terminatione feminini), sed etiam de titulo litteris obscuris scripto retulit. Vide ejus *Beschreibung von Arabien* (Kopenhagen, 1772), p. 234; gallice *Description de l'Arabie* (Paris, 1779), II, p. 68.

Prisca provincia (مخاض) Djahrân, nunc imminuta et *Kâ' Djahrân*, id est campus Djahrân, nuncupata, unius circiter diei itinere inter occidentem et meridiem a Šan'âo distat. Octo titulos, quos S. Langer in hac regione invenit, servata dispositione quam D. H. Müller in eorum descriptionem introduxit, eodem ordine tractabimus. Non inconsulto enim titulum suum Däffensem primum ad titulum Madhâbensem (apud nos 40) propius admovit, quum re et verbis ambo concinant. Quod imitari statuimus.

Lapis albus, cui primus Muelleri titulus Däffensis, apud nos 41, inscriptus est, 1^m latus, 0^m,40 altus est. A dextera integer, aliquot damna a sinistra accepit.

De titulo egit D. H. MÜLLER in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 352-361; separatim excusum sub titulo: *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 34-43.

Hæc in apographo Glaseri inedito leguntur :

?
?
?
?
?

?
?
?
?

Quæ hebraice sic transcribimus :

?
?
?
?

Versus 1. אבכרב. Vide titulum 20, v. 1 (supra, p. 32-33), et titulum 12^m Musei Luparensis, v. 5, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 16. — Cognomen יהבבן novum et obscurum. D. H. Müller يوظبن confert, enjus *wāw*, servato *hé* quartæ formæ, ceciderit. Arabice مواظب «assiduus, perseverans» significat. Nomen proprium וזבבן, in Os. 30 = B. M. 27, v. 1, radicem וזבב apud Sabæos usitatam fuisse demonstrat. De vero cognominis sensu in-

certi, meliora afferre nequimus. — Legendum sine dubio מדרה, nomen tribus, sicut in titulo 40, v. 1 et 5. Itaque vocabulum בן præcedens non filium, sed nepotem designat. — אבוכרב etiam ex titulo 40, v. 1, noveramus. — Abûkarîb, Thifyan et Milyak «sacerdotes (sacerarii) 'Alam et principes tribus Muha'nif» dicuntur. 'Alam hic brevius pro «'Athtar Dhû Gaufat, dominus 'Alami» (vide v. 2 et 3, et titulum 40, v. 4) adhibetur, quum vocem רשו «sacerdos» nomen dei semper proxime sequatur. Sacer-

dotium cum principatu conjunctum iisdem hominibus apud populos semiticæ originis committi solet. D. H. Müller provocat ad recordandum antiqui Malkiṣedek, qui (*Gen.*, xiv, 18) appellatur «rex Salēmi, sacerdos Ēli supremi». Vide etiam exempla similia apud Assyrios, ut nos monuit professor in universitate Pennsylvania Philadelphiana, Morris Jastrow junior, litteris die quinto octobris 1887 scriptis. Quod nobis confirmat sodalis noster, vir doctissimus Julius Oppert. Vide etiam titulum phœnicium Tabniti nuperrime repertum, v. 1 et 2, necnon titulos Maʿini a Jos. Halévy repertos, secundum interpretationem quam Ed. Glaser, in *Südarabische Streitfragen* (Prag, 1887), p. 27-29, nostra sententia rectam, proposuit. Apud Arabas, *khalifa*, utpote qui *imām* eo ipso fieret, res divinas non magis quam humanas gubernavit; quod duplex imperium hodierni khalifatus successores sibi vindicare non desierunt. — De tribu Muha'nif, cf. versum 4, et titulum 40, v. 1, 2 et 6. — Ultimæ versus litteræ ab Indo quodam per vicum Dāff transeunte deleta sunt; vide S. Langer in D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. xxxiv. Comple : בהרתן | והרתן, sicut in tituli 17 v. 2.

Versus 2. Pro והשרקן tituli 17, v. 2, legitur hic והובן, uno et eodem sensu; cf. titulum 36. — Castella duo sunt מהורן, scilicet «locus ubi sunt aquæ receptacula» (cf. הור in titulo 40, v. 2, et quæ ad illum locum adnotavimus), et יסר, nisi יכר legendum est, Glasero inter duas lectiones ambigente. Si יכר legas, Ed. Glaser monet amnem, وادی یسار *Wādī Yasār* nuncupatum, per vicum Bait Farḥān, in regione Ānis, ad occidentem urbis Yafa^c (cf. sacrarium יפס in titulo 40, v. 5) fluere et duarum horarum itinere inter occidentem et septentrionem ab urbe Dûrān distare. Sin autem יכר anteferas, de یکار *Yakār* vel یکاران *Yakārān*, ubi titulus noster 46 repertus est, cogites decet. — Quod genus ædificationis משרד nominetur ambiguum. D. H. Müller ædificia adjuncta designari hoc vocabulo existimat. Nos autem, Glaserum secuti, מען | ומשרד | מען (Hal. 191, v. 1; 192, v. 3, etc.) «rex Maʿini et sacerdos Maʿini» vertimus (vide quæ ad versum primum adnotavimus) et משרדהמו hic (itidem משרדם in Hal. 353, v. 12, et משרדם in Hal. 365) templum, vel potius sacellum significare persuasum habemus; cf. Ed. Glaser, *Südarabische Streitfragen*, p. 25. Alio plane sensu משרדנהו «duo archetypa» in titulo 26, v. 6, adhibetur, modo ut deficientia juste restituerimus, interpretatioque nostra comprobetur. — De nomine sacelli הרור tacet D. H. Müller, qui hoc vocabulum in transcriptione sua hebraica omisit. Legimus Hirwar, himyaritico more, sicut in versu primo Thif-

yan et Milyak legimus. Sic ad خور et خوراة «calere» conferenda adducimur. — Inter deos præsides apparet primus 'Athtar Orientalis, custos monumentorum; vide, supra, p. 32-35, occasione titulorum 20, v. 4; 21, v. 3. — אלהמו «deus ipsorum»; cf. v. 3. De אל «deus», nomine appellativo, vide, supra, p. 20, 34 et 40, quum de titulis 8, v. 2; 21, v. 2; 26, v. 2, egimus.

Versus 3. גבתם, scriptio manca pro גובהם in titulo 40, v. 4. — Post 'Athtarum Orientalem et post 'Athitarum Dhû Gaufat enumerantur ut construentibus opem ferentes «Orientalis et Dhât Himyam, domini ambo sacrarii Raidân». Deus et dea, in eodem sacrario culti, divino matrimonio conjuncti, sunt sol oriens et dea solaris Dhât Himyam. Müller non dubitat quin sacrarium Raidân inclyto regum Himyaritarum castello sit assimilandum, ubi deæ Soles sua templa certo habuerint. — Quinti dei nomen בשר | بشير, *Basir*, nihil significat nisi numen propitium «nuncium exoptatum afferens». — מצחהמו, pro מנצחהמו (sic in titulo 47, v. 2), deus mas est, cujus socias אביתהמו | מנצחה in titulo 40, v. 5, animadvertimus. Sacrarium deo consecratum nuncupatur שבוען. Cetera exempla hujus nominis proprii D. H. Müller conguessit; vide ejus *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 53. Idem Sabʿān pronunciat, ejusque exemplo moveremur, nisi Glaser nos monnisset vicum Šubâ^c (شباع) non longius intervallo unius horæ et dimidiæ orientem versus Yakāro distare. Fieri potest duas eloquendi rationes valuisse, Šubâ^c et Šubâʿān, quemadmodum in eadem regione Yakār et Yakārān pariter usurpabantur.

Versus 4. Deus sextus est ipsis, id est tribulibus, peculiaris Sol; cf. itidem שמסהמו supra, p. 22-24, in titulo 11, v. 1, et infra in titulo 43, v. 2 et 3; necnon plurale אשמסהמו in titulo 40, v. 5. De nostro titulo 11, vide nunc J. H. Mordtmann, *Vergessene himjarische Inschriften*, 1, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XLI (1887), p. 308-310. — ותהרג vocabulo ותקם in titulo 40, v. 5, respondet. Dignitate auctus ea, qua potestas תהרג dicta ei defertur, nominatur מהרג; vide titulos Glaseri 275-276, v. 2, et Houṣn Gurābi, v. 6, apud J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften*, in *Zeitschr. der d. morg. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 228 et 231. תהרג, collato arabico حرج «in angustiam redegit», arbitrium, imperium significare nobis videtur. Quæ Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 77, de hodierno apud Yemenenses usu hujus vocabuli memorat cum iis egregie congruunt quæ Silvestre de Sacy in sua *Chrestomathie arabe* (ed. altera, I, p. 255) docuit. — Lege یسار = یاسر, ut suadet D. H. Müller, et cf. titulum 46, v. 1. یسار *Yāsir*

a יסר *Yasâr*, nomine castelli in v. 2, distinguendum. — Nota cognomen יהצדק, quod in titulo 40, v. 6, jam invenimus, hic a nomine יסרם separationis linea non dirimi. — Sicut La'az Naufân Yuhaşdıġ tituli 40, v. 6, sic etiam Yâsir Yuhaşdıġ indici regum Sabæ et Raidâni addendus, quem ante repertos hos titulos D. H. Müller operi suo *Die Burgen*, II, p. 42-44, inclusit. — אהיל; cf. titulum 40, v. 6. — D. H. Müller censet ultimum vocabulum יצע nomini tribus מהאנפם addi, ut tribus Muha'nif pars definita discernatur, et comparat *Manâ'i*

post *Alhân* in titulo 40, v. 2 et 6. Quod nobis minime placet, quum in titulo 40 *Alhân Manâ'i* bis legamus et duo hæc vocabula penitus cohærere videantur; Muha'nif autem sine ulla appendice, non solum in titulo 40, v. 1 et 2 et 6, verum etiam in ipso titulo de quo agimus, v. 1, inveniamus. Inde adducimur ut aliam et fortasse meliorem viam ingrediamur. Nempe יצע = یضع nomen artificis esse, qui titulum lapidi inscripsit, suspicamur. Vide talem sculptoris alterius subscriptionem supra, p. 15-19, sub fine tituli 6, v. 4.

Omnibus bene perpensis, titulus hoc modo complendus et vertendus nobis videtur :

1 אבכרב | יהטבן | בן | מדרה[ם] | ותפ[ין] | ומ[לי]כס | ארשו | עלם | אקול | שעבן | מהאנפם | ברא[ן] | והותרן
 2 ותובן | ביתיהמו | מהורן | ויסר | ומשודמהמו | הרור | בררא | עתתר | שרקן | ואלהמו | עתתר | ר
 3 גפתם | בעל | עלם | ושרקן | ורת | חמים | בעלי | מהרמן | רידן | ואלהמו | במצחהמו | בעל | שבען
 4 ושמסהמו | ובררא | ותהרג | כראהמו | יסרמיהצדק | מלך | סבא | ורירדן | ובאהיל | שעבהמו | מהאנפם | יצע

- 1 *Abûkarîb Yuhathîb Madhrahensis, et Thif[yan], et Mi[ly]ak, sacerdotes (sacrarîi) 'Alam, principes tribus Muha'nif, condide[runt], et fundaverunt,*
- 2 *et texerunt duo castella sua Mahwar et Yasâr, et templum suum Hirwar, ope 'Athtari Orientalis, et dei sui 'Athtar Dhû*
- 3 *Gaufat, domini 'Alami, et Šarġâni et Dhât Ĥimyam, utriusque domini sacrarîi Raidân, et dei sui Bašîr, et dei sui puteis aquam suppeditantis, domini Šubâ'âni,*
- 4 *et Solis suæ; atque ope et imperio arbitri sui Yâsir Yuhaşdıġ, regis Sabæ et Raidâni, et viribus tribus suæ Muha'nif. Yađâ'.*

Quum inter structores ædificiorum Thifyan et Milyak in titulis 40 et 41 occurrant, D. H. Müller nobis rectissime hoc modo concludere videtur, quum reges La'az Naufân Yuhaşdıġ tituli 40, v. 6, et Yâsir Yuhaşdıġ tituli 41, v. 4, solii Sabæ et Raidâni heredes, unum alteri protinus successisse contendit, proxima patris et filii cognatione probabiliter inter se junctos. Cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 40. Utcumque se ea res habet, utrum La'az ante Yâsir an Yâsir ante La'az ordine sit collocandus, et quando uterque regnaverit, ignoramus.

Fragmentum, a sinistra fractum, externo mosquitæ muro, sicut præcedens, inclusum, Ed. Langer anno 1882 altero vicesimo die mensis martii exscripsit. Rursus Ed. Glaser, anno 1886, undecimo die mensis januarii, apographum sibi confecit et nobis publici juris faciendum commisit.

Titulum ex apographo Langeri edidit et interpretatus est D. H. MÜLLER in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 361-362; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 43-44.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :

| 1ħπΨ◦◦ | Χ8◦Ψ1 1
 ◦ | ηπ | ΣΧδζη | ◦ΣΨ7κ7 | η 2
 ◦ | Χ8◦◦ | ◦ΣΨ7κ | π◦ | Σηη◦ . . 3

Quæ hebraicis litteris sic transcribimus :

לחיעתה | ווהבאל | 1
 ן | הגרהמו | נשפתם | בן | מ 2
 ן | ערנם | וב | המו | ועתתר | 3

Versus 1. Initium tituli non habemus, quum primum inter nomina propria ædificantium vel voventium cognomen vel patris mentio comitari soleat. Ideo littera *wâw* ante לחיעתה supplenda. — לחיעתה; cf. titulum 2, v. 2. — ווהבאל; vide titulum 1, v. 6.

Versus 2. Ante הגרהמו « urbs ipsorum » (cf. titulum 43, v. 3, et Hal. 40) supplendum ן[בראו | והוהרן | ונגא], vel aliud simile; cf. Hal. 280-323; 325; 326; 328; 331; 332; 340, ubi unus et idem titulus quinquagies repetitur; necnon titulos nostros 4, v. 2; 6, v. 3; 17, v. 2; 40, v. 2; 41, v. 1 et 2. Fortasse, pro ונגאן, conjice ורוכן, sicut in titulis 36, et 41, v. 2. — נשפתם urbis magnæ nomen esse debet, quum הגר de oppidulo nusquam adhibeatur; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, adn. 1. Hoc autem nomen, quod in titulo 43, v. 3, iterum apparebit, Muellero videtur esse antiqua appellatio urbis Dâff; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's*

Reiseberichte, p. 7. Nos autem provocamus ad comparandum *مخلاف نَسَافَانِ mikhlâf Nasafân*, Dhamâro vicinum, in finibus meridionalibus campi Kâ' Djahrân dicti, apud Yâkût, *Mu'djam*, IV, p. 781; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 4. — ב]והרם, quod D. H. Müller post בן proponit, domui et castello potius quam urbi conveniret. Nos ב]מ[קה in ב]מ[קה « Nomine Īmaḳḳâhi » corrigendum credimus (vide titulum 43, v. 4) et, collato titulo 18, v. 2, legimus deinde ור[המ]ים.

Versus 3. Lege ב]ערנם, versu secundo in ור[ה] desinente. Dea Dhât Ba'dân jam in titulo 18, v. 2, occurrit; cf. supra, p. 28. — Deinde וב]אלהמו, sicut in titulo 41, v. 1 et 2, legimus. Cf. præsertim וב]אלההמו, idem significans, post ב]ערנם, apud Os. 32 = B. M. 30, v. 4. — Ne litteræ *wâw* sequentis rationem habeas. « Ipsorum deus » est 'Athtar. — Vestigia litteræ *wâw*, aliud dei nomen antecedentis, apparent.

Ex his quæ diximus patet titulum ex parte sic restituendum et vertendum :

ן | לחיעתה | ווהבאל | [בראו | והוהרן | ונגא 1
 ן | הגרהמו | נשפתם | כאלמ[קה] | ודה | המים | ור 2
 ה | ב]ערנם | וב | אלהמו | עתתר | ו 3

1 et] *Lehî'athat, et Wahb'il* [condiderunt et fundaverunt, et muro circumdederunt urbem suam Nasafat. Nomine Īmaḳḳâhi, et Dhât Himyami, et Dhât Ba'ddani, et nomine dei ipsorum 'Athtari, et.

43

Langer, 4.

Lapis, a dextera fractus, eidem mosquitæ Dâffensis muro, cui tituli 41 et 42, sed inversus inclusus est. Cujus apographa Langeri et Glaseri compares licet, prius Langeri a Davide Henrico Müller editum, posterius Glaseri a nobis, viri humanissimi permissu, nunc primum in lucem prolatum. Litteræ parvæ et erasæ non jam oculis clare percipi possunt.

Titulum edidit et illustravit D. H. MÜLLER in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 362-363; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 44-45.

Hæc in apographo Glaseri leguntur :

1. 𐤁𐤏𐤏 | 𐤏𐤁𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏
 2. 𐤁𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏
 3. 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏
 4. | 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏
 5. 𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏
 6. 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏

Quæ hebraicis litteris :

1. 𐤁𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏
 2. 𐤁𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏
 3. 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏
 4. | 𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏
 5. 𐤏 | 𐤏 | 𐤏 | 𐤏 | 𐤏
 6. 𐤏 | 𐤏 | 𐤏 | 𐤏 | 𐤏

Versus a sinistra integri videntur; a dextera quinque vel sex litteris circiter manci sunt, ut ex nostro commentario patebit.

Versus 1. 𐤁𐤏𐤏 ex 𐤁𐤏𐤏 et 𐤏𐤏𐤏 «et filii ipsius» decurtatum; cf. titulos 8, v. 1; 37, v. 1; supra, p. 20 et 56. — 𐤏𐤏𐤏; 𐤏𐤏𐤏, idem in titulis 1, v. 2; 37, v. 4. — 𐤏𐤏𐤏, nomen proprium compositum, conflatum ex 𐤏𐤏𐤏 = 𐤏𐤏𐤏 «servus» et 𐤏𐤏𐤏 «dea Sol», ita ut 𐤏𐤏𐤏 (animadvertite lineam separationis), quod noli confundere cum 𐤏𐤏𐤏 in O. M. 2 a, v. 8, et Langer, 14, v. 5, fortasse in nostro titulo 31, v. 4 (supra, p. 40), idem valeat quod

𐤏𐤏𐤏 in Os. 10 = B. M. 13, v. 1; cf. phœnicium 𐤏𐤏𐤏 (Ἡλιόδωρος) titularum 116 et 117 apud *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, p. 141-144. Si nostræ interpretationi favebis, nomen proprium viri 𐤏𐤏𐤏 in Os. 8 = B. M. 11, v. 1 et 9, atque in titulo Academiæ 5°, v. 1 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 46-47) nomen theophorum abscissum erit, nomini proprio 𐤏𐤏𐤏 in titulo 30 (supra, p. 47-49), v. 1, simillimum. — 𐤁𐤏𐤏 «nepotes», sicut in titulis 1, v. 3; 2, v. 2, etc.

Versus 2. 𐤁𐤏𐤏|𐤏𐤏𐤏|𐤏𐤏𐤏; cf. quæ ad titulum 17, v. 2, adnotavimus.

Versus 3. Quum versus initio careant, supplemus שמס[המו]ב[עלה] collatis titulo 11, v. 1, et iis quæ occasione hujus loci (supra, p. 23) conguessimus, necnon titulo 41, v. 4. — Lectionem גברן retinemus, collato vico جبار, uno e vicis Yemeni (من قري اليمن) apud Yâkût, *Mu'djam*, II, p. 15. — בהגרהמו | נשפתם; cf. titulum 42, v. 2. — Sequuntur nomina deorum faustorum : sine ulla dubitatione legimus בעהת[ר] « nomine 'Athtari ».

Versus 4. Post litteram *rês* 'Athtari, addimus והוב[ס], collatis titulis Fresnel 55, v. 5; 56, v. 2; et Os. 33 = B. M. 34, v. 3, ubi iidem tres dii eodem ordine adducuntur; cf. etiam Fresnel 32, v. 2. Sub fine versus adde דת | דת | חמים | דת | בערנס in hoc contextu plerumque commemoratis; vide titulum 42, v. 2 et 3.

Versus 5. Hoc esse initium versus credimus : ושמס | בעלה; cf. versum 3, et Os. 4 = B. M. 5, v. 12; Hal. 100, v. 1; O. M. 13, v. 1. — Duo deinde sacraria deæ

Solis citantur, nempe ירקב = يَرْكَبُ « qui custodit, qui observat », et גברן, in quod (cf. v. 3) שברן corrigendum. — Deinde לושפהמו, Muellerum secuti, legimus; cf. Os. 12 = B. M. 8, v. 8; 17 = B. M. 18, v. 5-7; O. M. 13, v. 11; titulum Academiæ 11^{um} apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 63-68. Sensus est optativus : « Utinam donet ipsis ».

Versus 6. Incipit, ni fallimur, a מסס | נעמ[ת]תם, quum versus 5 in litteram *sin*, initium vocabuli שמס, desinat. — שופתם, substantivum a verbo שוף (cf. Os. 7 = B. M. 14, v. 8, et titulum Academiæ 10^{um}, v. 8 et 9, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 61-64) ductum, sicut נעמתם a verbo נעם. — Tituli finem fuisse conjicimus : ושמס | יס[ת] | מ[לאנן] | בעמהו « et vota quæ ut expleantur petent ab eo ». De אמלא, in statu constructo cum decima forma verbi hujusdem radicis, cf. titulos 2, v. 9, atque exempla, supra, p. 10, per hanc occasionem allata; 67, v. 6; 68, v. 2 et 3.

Titulum ergo, restituis restituendis, sic legimus et vertimus :

1 [| וננהו | הופעהת | ורבב | שמסס | בנו
 2 [| בניו | והוהרן | והשקרן | מהרס | שמס
 3 המו | ב[עלה] | גברן | בהגרהמו | נשפתם | בעהת
 4 ר | והוב[ס] | ואלמקה | וב | דת | חמים | דת | בערנס
 5 ושמסס | ב[עלה] | ירקב | וגברן | לושפהמו | ש
 6 מסס | נעמ[ת]תם | ושופתם | ואמלא | יס[ת] | מ[לאנן] | בעמהו

- 1 *M. . . . ,] et filii ipsius Hauf'athat, et Rabib Šams, nepotes*
 2 i,] construxerunt, et fundaverunt, et texerunt sacrarium Solis
 3 suæ, do]minæ Djabbârâni, in urbe sua Nasafat. Nomine 'Athtari, et Hauba]si, et Ībnak:kâhi, et [Dhât Himyami, et Dhât Ba'dâni,
 5 et Solis do]minæ Yar:kubi et Djabbârâni. Utinam donet ipsis So-
 6 l felici]tatem, et tutelam et vota [quæ ut expleantur] petent [ab eo].

Fragmentum, in domo incolæ Dâffi servatum, S. Langer mense martio anni 1882 exscripsit. D. H. Müller apographum ad se missum interpretatus est in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 363-364; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 45-46.

Hæc leguntur :

Quæ hebraice :

1	פח	נה	1
2	חנׁ ׁ	סׁומא	2
3	פח ׁ ׁ ׁ	כמעקבה	3
4	חׁא ׁ	רׁ מלך	4
5	פחׁ	עבחי	5

Versus 1. נח fortasse initium vocabuli נחלהם «donum», de quo vide Fresnel 40, v. 2; Os. 35 = B. M. 33, v. 6; Hal. 199, v. 3; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 41 et 65.

Versus 2. Quum חמ]חמ «et centum» probabiliter legendum sit, et decusses littera *yôd*, non littera *mim*, terminentur, numerus minor quam decem ante חמחמ, nescimus quis, supplendus.

Versus 3. Radix עקב in titulis himyariticis non rara, cujus exempla occasione nostri tituli D. H. Müller con-

gessit. כמעקב novum «observantiam legum, religionem» significare opinamur, collato æthiopico *ሰቀብ* 'akaba «custodire, observare»; cf. etiam phœnicium עקב apud *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, p. 98, in titulo 86 B, v. 1.

Versus 4. Ut recte agnovit D. H. Müller, סבא|מלך]רת non dubium; cf. supra, p. 6, 22, 56-61, titulos 1, v. 5; 10; 37, v. 7.

Versus 5. Lege certo : ובהיל «et potentia»; cf. decurtatum ובהל in titulo 45, v. 8.

Sic ergo tituli ordinem restituere tentamus :

M.	
1	obtuli] do[num
2	quin]que (?) et cen[tum
3	in religione su[a , per potentiam principis sui
4 Karib'ili (?) Wata]r, regis [Sabæ et	
5	et potentia

Karib'il conjectura supplevimus, non oblitum tamen septem reges, ut D. H. Müller commemoravit, cognomine *Watar* appellari. Vide D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 38-42.

45

Langer, 6.

(TAB. XII.)

Fragmentum omni ex parte truncum, ita ut nec primum, nec ultimum versum habeamus et versuum servatorum initio simul ac fine careamus. Lapis, urbe Dâff oriundus, exstat nunc Vindobonæ in Imperiali Regali Museo, quod *Kaiserlich-Königliches Naturhistorisches Hofmuseum* vernaculo sermone nominant, postquam Davidi Henrici Müller in possessionem prius venerat. Idem vir nobiscum ectypum chartaceum e lapide ipso sumptum humanissime communicavit, quod in tabula nostra duodecima solis luce expressum invenies.

Titulum tractavit D. H. MÜLLER in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 364; separatim excusum sub titulo: *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 46.

Hæc sine dubio leguntur :

Quæ hebraice :

1	1
2	חא שפ	חכס בן	2
3	א◦ שח X	ת אמס וב	3
4	ף שח חא ח	ן תסן מפנ	4
5	כאפ ח	ל לחכר	5
6	כאפ ח	נן ובנצף	6
7	כ◦ X	נת ואער [?]	7
8	ף שח ח	קם ובחל [?]	8
9	כאפכ	כלברכך	9

Versus 1. Aliquot litterarum vestigia suspicamus, nullam autem litteram dispicimus.

Versus 2. Comple : בן | אכ | חכס | בן | מבחן | בן |, collato titulo 46, v. 6.

Versus 3. ת finis videtur esse nominis proprii in עהת desinentis, חמעהת sit, aut כרבעהת, aut aliud simile. — אמם = إمام «imâm», ni fallimur. De arabicis imâmis qui multo post in Yemeno etiamtum pollebant, vide F. Wüstenfeld, *Jemen im XI. (XVII.) Jahrhundert. Die Kriege der Türken, Die Arabischen Imâme und die Gelehrten* (Göttingen, 1884). — Littera bêt, qua versus terminatur, alterius dignitatis designationem fortasse incipiebat, qua imâm ornatus erat. Quidni בן = بئس «facundus», id est sacrarii quod deinde indicabatur prædicator? Hujus dignitatis mentionem vide apud Fresnel 12, v. 1; 29 = Hal. 52; 46; etc.

Versus 4. חסן obscurum. Provocamus ad comparandum æthiopicum ወሰን *wasana* «definivit, destinavit, circumscripsit». Quæ si conjectura probabitur, חסן octavæ formæ ḥṣn verbi apud Arabas hoc sensu inusitati ḥṣn erit æquiparandum. — Legimus מפגר = مفرج vel مفرجة «locus quo aquæ confluunt, terra plana, in quam e vallibus aquæ effunduntur»; cf. פגר in Os. 16 = B. M. 20, v. 5 et 6, si Osianderi interpretationem (*Zeitsch. der deuts. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 241) probas; مفرج «montis jugum» apud hodiernos Yemeni incolas secundum Fulgentium Fresnel (*Journal asiatique*, 1838, I, p. 520) significans; المنجر, nomen loci Mekkæ vicini apud Yâkût, *Mu'djam*, IV, p. 586,

Versus 5. Prima littera utrum dhâl an bêt sit legenda hæsitamus. Secundam litteram, necnon tertiam lâmi potius quam djîmi a Muellero transcripti speciem præbere credas. Si obscurum per obscurius enucleare conveniret, בל (Hal. 623) compararemus. Fortasse præpositio lâm ante et post lineam separationis bis repetita est. — לחכר etiam quid sibi velit non patet; cf. محلات الحكرة «provincia Al-Houkra», in regione At-Tâ'if, apud Yâkût, *Mu'djam*, II, p. 301.

Versus 6. נצף, apud Prideaux 3, v. 2, Mordtmann arabici ناصف «famulus» similitudine explanavit; quod valde laudamus. Quum autem titulus noster ad consecrationem loci quo aquæ confluunt (cf. adnotationem ad versum 4) spectare nobis videatur, arabicum ناصنة «canalis» huc trahimus.

Versus 7. Initio מבנת = مبانة «ædificia» legimus, omisso yôd radicis בני, sicut in Hal. 465, v. 2; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 27. — Quod sequeretur וاعر «et porticus», collato titulo 24, v. 5, supra, p. 37-38.

Versus 8. Non dubitamus quin compleamus בן | חכס | חיל «beneficio et potentia». חל, scriptio manca pro חיל (cf. חיל in titulo 44, v. 5), sicut in Os. 5 = B. M. 3, v. 3.

Versus 9. D. H. Müller lineam separationis inter כל et ברך interposuit et «omnia aquæ receptacula» vertit. Animadvertite nullam in titulo ipso separationis lineam apparere, nec tamen Muelleri translationem, ad conjectum tituli propositum quadrantem, rejicias.

Restitutis restituendis, adducimur ut tituli reliqua sic interpretemur :

- 1 [N....., *filius*....., *filii*]
 2 [*Mabilhi* (?), *filii Abū*]habbi, *filii*.....
 3 , *filii*..... 'atha]ti, *imām et prædi*[cator *sacrarūi*.....
 4 , *circumscripsit locum ri*[gatum.....
 5 *quod est (provinciae) Hukr*[a (?).
 6 *atque in canali* (?).
 7 *ædi*]ficia *et portu*[cus.....
 8 *bene*]ficio *et potentia*.....
 9 *omnia aquæ receptacula*.....

ARTICULUS III.

YAKÂR.

46

Langer, 7.

(TAB. XI.)

Yakâr, ut hodierno tempore nuncupatur, veteres Yakârân, ut apud Al-Hamdânîum (*Djazirat al-Arab*, ed. D. H. Müller, p. 111, v. 14) legitur, cum nûnatione pronuntiabant. Vide quæ ad titulum 41, v. 2 et 3, supra, p. 69, adnotavimus. Yakâr pagus est in vicinia Dâlli, semihoræ unius, si Langero confidas, sin autem Glasero, totius horæ itinere inter septentrionem et orientem semotus. Huc quum Langer die vicesimo quarto mensis martii anni 1882 venerit, in mosquita lapidem invenit duo metra altam, instar columnæ adhibitum, in quo vestigia tituli ex parte deleti dispiciebantur.

Tres primi versus prorsus evanuerunt; reliquiæ versus quarti nihil præbent, e quo vocabula vel sensum elicere valeamus. Optima in versibus quinto et sexto apparent, quos non solum Langer exscripsit, sed quorum etiam, si primos utriusque versus characteres excipias, e lapide ipso ectypum chartaceum sumpsit. Quod ectypum, nobis a professore Vindobonensi Davide Henrico Müller benigne commissum, luce solis in tabula nostra undecima expressum invenies.

Titulum edidit et illustravit D. H. MÜLLER in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 365-370; separatim excusum sub inscriptione: *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 47-52.

Hæc in ectypo chartaceo leguntur :

| 𐤀𐤓𐤕𐤓𐤓𐤕𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤓𐤓 | 𐤓𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤀𐤓𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤕𐤓𐤓 · 𐤕 · 𐤓 | 𐤀𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤕𐤓𐤓𐤓 5
 | · 𐤕𐤓𐤓 | 𐤓𐤓𐤕𐤓 | 𐤓𐤓𐤕𐤓 | 𐤀𐤓𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤕𐤓𐤓𐤓𐤓
 | 𐤓𐤓𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤕𐤓𐤓𐤓 · | 𐤕𐤓𐤓𐤓𐤓𐤓 | 𐤕𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤕𐤓𐤓𐤓𐤓 | 𐤓 / 𐤕𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤀𐤓𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤕 6
 𐤓𐤓𐤓𐤓 | 𐤕𐤓 | 𐤕𐤓𐤓𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓 | 𐤕𐤓 | 𐤓𐤕𐤓𐤓

Quæ hebraicis litteris :

5 ברדא | ומקם | מראהמו | יִשְׁרָקָן | ואליהמו | עתתר | דִּוְפַתָּם | בעל | עלם | ובשר |
 ואשִׁמְסָהמו | וברדא | מראהמו | יסרם | יהנעם | ובנה |
 6 א | שעביהמו | מהאנפם | ושהרם | וכורחן | דמחנתן | דבחִרְפִּין | חמסת | ותמני | ותלת |
 מאתם | בן | חרפם | מבחן | בן | אבח

Versus 5. In suo Langer apographo, ante ea quæ ex ectypo chartaceo excerpimus, sequentia notavit :

· · · · · חמסת · · · · · יסרם · · · · · יתנעם · · · · · בנה · · ·

hoc est hebraice :

· · · · · מְכַרְתָּ אֵת יְמֵי מְדַרְתָּ · · · · ·

pro quo legendum putamus : | מעדרתן | ו[א][ב]יתן | | מדערותן | [מ]דמרם | id est : (condiderunt, et fundaverunt, et texerunt) «arces et castella a meridie (urbis) Madhmar». Iisdem verbis suppletis quæ sunt in tituli 41 v. 1 et 2, vel aliis similibus (cf. tituli 17 versum 2), legimus deinde מעדרתן, plurale novum formæ *مَعْدَرَات* substantivi usitatissimi מעדר, quo pars interior arcis et arx ipsa designantur; vide D. H. Müller, *S. Langer's Reiseberichte*, p. 24, adn. 3; cf. plurale מהפרתן apud Hal. 203, v. 2. Ni fallimur, Langer in voce ואביתן «et castella», quam deinde suspicamur, litteram *bêt* omisit. Sequitur רימנת «a dextera» sic apud Hal. 535, v. 2, scriptum, ubi דשאמה «a sinistra» opponitur. Arabum geographi Arabiam meridionalem Yemenum, Syriam autem, utpote septentrionalem, *As-Sa'm* similiter appellant. Ideo «a meridie» vertere non dubitavimus. Scriptionem pleniorẽ mirantur apud Hal. 237, v. 9; 238, v. 9 (quem titulum emendatum, ut Glaserianum 283, Hartwig Derenbourg in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 170-172, edidit); 253, v. 6; 406, v. 2, necnon apud Glaser 282, v. 7 (*ibid.*, I, p. 167-170). Nomen proprium hominis מדמרם jam e Fresnel 56, v. 1 et 2, innotuerat. מדמרם, ubi מדמר nomen esse loci vel tribus videtur, coniecimus hic occurrere, sicut in titulo quem D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX (1876), p. 115-116, explanavit. Cf. itidem Hal. 110, v. 2, necnon nomen urbis دَمَار, alteram San'áo proficiscenti meridiem versus stationem, de qua egit Al-Hamdâni, *Djazirat al-'Arab*, p. 55 et 104; Al-Bakri, *Mu'djam*, p. 385; Yâkût, *Mu'djam*, II, p. 721-722; IV, p. 436-437. — Incipit deinde ultima pars tituli, ubi arcium et castellorum ædificatores deos suos præsides ceterosque operis sui adju-

tores enumerant; cf. titulum 40, v. 4 et 5. Nomen principis voventium, cui primo gratiæ aguntur, obscurum. D. H. Müller שִׁרְקָן [ה] «orientem», cognomen principis in perdita tituli parte nominati, dubitanter proposuit, ipse in affirmando et in credendo cautus, quum certiora desperaret. Quum a littera *yôd* nomen vel cognomen incipiat, et ima litteræ *taw* supersint, ותר יתרו proponimus, compositum ex imperfecto ותר verbi יתרו quod in lingua Sabæorum potentiam exprimit, atque e nomine divino שִׁרְקָן «Orientalis», sæpius epitheto dei 'Athtar, sed etiam dei peculiaris appellatione in titulo 41, v. 3, supra, p. 68-69. Huc etiam referendi שִׁרְקָן בנו; cf. Ḥuṣn Gurāb, I, v. 2; Glaser, 275-276, v. 1 et 2, apud Mordtmann, *Neue hinjarische Inschriften in Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 227, 228 et 231, atque apud Glaser, *Mittheilungen*, p. 77. Recordare etiam nomina propria ħimyaritica ותר (in tit. nostro 10; apud Os. 14 = B. M. 15, v. 1) ותראל (Hal. 144, v. 5; 145, v. 7; 160, v. 1; etc.), הוהרעהה (Hal. 119, v. 2; 398), necnon cognomina ותר (in titulis nostris 1, v. 5; 15; 37, v. 7) et אותה (O. M. 11 b, v. 1, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 43), nomina propria hebraica יְתָרוֹ et יִתְרוֹ. — *Yôd* in אליהמו est signum dualis; cf. titulum 21, v. 2. Dii ambo sunt : 1° 'Athtar Dhū Gaufat, dominus 'Alami (cf. titulos 40, v. 4; 41, v. 3, ubi scriptio manca גַּפְתָּם pro גַּפְתָּם occurrit); 2° Basir (cf. titulum 41, v. 3). Ambo domini qui post «deas Soles ipsorum» laudantur, sunt : 1° Yâsir (de quo nomine vide quæ ad titulum 41, v. 4, adnotavimus) Yuhān'im (cf. titulum 1, v. 5), cujus memoria traditione arabica servata est, quum rex يَاسِرُ بْنُ يَعْمُرَ commemoretur; 2° «ejus filius», initio versus sexti nominatus.

Versus 6. Langer hæc cum Muellero communicavit ut in principio versus sexti servata :

?
 · · · · · פ·י · · · · · ע·פ· · · · ·

quæ, hebraicis litteris transcripta :

?
 · · · · · ושמר · · · · · הובר

hoc modo nobis esse complenda et immutanda videntur :

מלכהמ[ו] [י] שמר [י] יהרעש [י] ובררא

«Ejus filius» ergo designatur ut «rex ipsorum Šammar Yuhar'is», de quo rege Sabæ et Raidàni vide titulum 2 Mordtmanni, nunc in Bibliotheca Maxima Parisiensi, v. 8, editum in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 289, titulum 14^{um} Academiæ, v. 7, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 77, 80-81, et cf. *شمير يوحنا* apud arabicos annalium scriptores et apud Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme*, I, p. 80-81, necnon apud A. von Kremer, *Ueber die süd-arabische Sage*, p. 68-69. — Duo tribus, quæ struentibus fauerunt, sunt Muha'nif (cf. titulos 40, v. 1, 2 et 6; 41, v. 1 et 4) et Šahîr (cf. *דשהרם*, Miles 1, v. 1, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 680, et, quum nomen proprium *שההרם* in titulo 32, v. 1, tum adjectivum determinatum *שהרן* in titulo 30, v. 3). — Sequitur designatio mensis et anni, præmissis conjunctione *wâw* «et», atque præpositione *be* «in». Nomen mensis *דמחנתן* supra, p. 18, cum *דהנתן* et arabico *ذو الحجة* comparavimus, et simul de ætate hujus tituli et ceterorum quorum auctor certi anni mentionem fecit disseruimus. Ibi videbis annum 385 aut anno 270 post J. C., ut Halévy et Fell opinantur, aut anno 73, si æræ Seleucidarum faves, respondere. — D. H. Müller judicat terminationem *ין* in *הרפיין* pluralis externi esse. Cui non assentimur, quum substantiva in Sabæorum, sicut in Arabum sermone, plurali externo

carere soleant, et hoc loco singulare in statu constructo potius quam plurale in statu absoluto requiratur. Nihil autem obstat quin *yôd* genitivum, *nân* statum emphaticum exprimat, præpositione *ב* numerum introducente; cf. *לד* in titulo 6, v. 4, et in exemplis per occasionem tituli illius (supra, p. 18) allatis. Adde nos in ectypo chartaceo *תמני* cum uno *yôd*, non *תמניי* cum duobus, ut suadet Müller, legere. — Quid *הרפם בן* significet hæremus incerti. Idem legimus apud Hal. 154, v. 8, pro *הרפם*; sed, quum illic *עד* sequatur, auctor sibi voluit: «ab anno.... usque ad....» Si *בן* hic præpositioni *ב* æquiparabimus, sicut in titulo nostro 2 בכל, v. 9, non differt a כל *בן*, v. 10, tum *בהרפם* in titulis Os. 4 = B. M. 5, v. 10, et Müller 2, v. 8 (*Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 673), comparabimus. Nihil tamen erit actum nec quidquam in interpretando profecerimus. Negamus autem *הרפם* hic vocis *הרף* sine *mîmo* locum tenere, et nomine proprio sequente eponymum designari, sicut in exemplis quæ Halévy, *Études sabéennes*, p. 87-88, conguessit, in quibus omnibus *הרף* *mîmatione* carens reperitur. *הרפם בן* nobis, Muellerum probantibus, æram videtur significare apud Yemenenses vulgatum. Quod fuerit hujus æræ principium, quæ origo, adhuc ignotum. Hanc autem æram ad hominem qui deinde nominatur nullo modo esse referendam, a Muellero dissidentes, persuasum habemus. — Mubîh, filius Abûhubbi (vide quæ ad tituli 45 v. 2 adnotavimus), nobis videtur esse auctor vel sculptor tituli; cf. titulos 6, v. 4; 16, v. 3 et 4; 41, v. 4.

Reliqua tituli, omnibus rationibus subductis, sic restituumus et vertimus :

[בררא | והורן | ו] 4
 5 [הובן | כעררת | ו] א[ב]ית[ן] | ד[י]מנ[ת] | כ[ב]רם | בררא | ומקם | מראהמו | י[ת]ר[ש]רקן | ואליהמו | עתתר |
 דגופתם | בעל | עלם | ובשר | ואשמסמהמו | ובררא | מראהמו | יסרם | יהנעם | ובנה[ן] |
 6 מלכהמ[ו] [י] שמר [י] יהרעש [י] ובררא | שעביהמו | מהאנפם | וש[ה]רם | ובורחן | דמחנתן | דבהרפיין | ד[ה]חמסת |
 ותמני | ותלה | מאתם | בן | הרפם | מבחן | בן | אבחב[ם] |

4 [condiderunt, et fundaverunt, et]
 5 [texerunt] arces [et cas]tella [a] meridi[e] (urbis) [Ma]dhmar, ope atque potestate principis sui Ya[tir]sar-kân(?), et suorum deorum amborum Athtari Dhû Gaufat, domini 'Alami, et Basîri, et Solum suarum, et ope principis sui utriusque, Yâsir Yuhar'im, et filii ipsi[us]
 6 [regis su]i (?) Šammar Yuhar'is, et ope tribus suæ utriusque Muha'nifi et Šahîri. Et (hoc) in mense Dhû Mahādjdja, qui est anni CCC LXXX V (ære)..... Mubîh, filius Abûhubbi.

ARTICULUS IV.

AL-WASTĀ.

47

Langer, 8.

Vicus Al-Wastā, id est, ni fallimur, « urbs media », quamquam D. H. Müller *Al-Wasta* transcripsit, duarum horarum itinere Dāffo distat et campo Kā Djahrān dicto etiam continetur; vide Al-Hamdānī, *Djazirat al-'Arab*, p. 111, v. 16, ubi nomen *Al-Wāsiṭa* transcriptum est. Cum hoc nomine confer urbem pernotam Wāsiṭ, ad Tigridem, « mediam » inter urbes Kūfa et Baṣra, necnon Wāsiṭ, in the Wādī Dawāsir, apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 240, etiam Al-Wāsiṭa, pagum Ḥadramauti, apud Wüstenfeld, *Die Cufiten in Süd-Arabien im XI. (XVII.) Jahrhundert* (Göttingen, 1883), p. 37 et 51.

Eodem die Langer in vicum Al-Wastā perrexit quo in vicinos Yakār (supra, artic. III) et Ma'bar (infra, artic. V), fragmentumque in mosquita exscripsit.

De hoc fragmento egit D. H. MÜLLER, *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 370-373; separatim excusum sub inscriptione: *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 52-55.

Hæc in apographo Langeri leguntur :

[?] [?] [?]
 ח | | · 50 | סחכ 1
 X80 | ספפפפפ | כ 2
 פפפפ | ספפפ | חפח 3

Quæ hebraice :

[?] [?] [?]
 נ | | ור' | ברסו 1
 רב | מנצחהמו | עתה 2
 ברדא | ומקם | אלהמ 3

Versus 1. Primum vocabulum corrige in בראו, secundum in והוהרן, collatis titulis 17, v. 2; 41, v. 1; 46, v. 4, et supple deinde והשקרן, vel והובן.

Versus 2. Ante מנצחהמו supplemus רג[ותח] | ברדא « ope et imperio », collato titulo 41, v. 4. — Quoad מנצחהמו,

cf. formam decurtatam מנצחהמו in titulo 41, v. 3, supra, p. 60, et femininum מנצחה in titulo 40, v. 5, et in titulo Glaseri 289°, supra, p. 67. Inauditum titulus noster præbet 'Athtarum deum puteis aquam suppeditantem.

Versus 3. אלהמן; cf. titulos 8, v. 2; 41, v. 2 et 3.

Inde patet titulum ex parte sic legendum et vertendum esse :

..... | וה[ר]הרן |] והובן | 1
 | וברדא | ותח[רג] | מנצחהמו | עתה[ר] 2
 | ו[ברדא] | ומקם | אלהמן[ו] 3

- 1 *condiderunt, et fundaverunt, [et texerunt].....*
 2 *ope et im]perio dei sui puteis aquam suppeditantis 'Athta[ri].....*
 3 *et] ope atque potestate dei su[i].....*

ARTICULUS V.

MA'BAR.

48

Langer, 9.

Lapis niger in mosquita vici Ma'bar dicti in campo Kâc Djahrân servatur. Hunc locum Langer eodem die exploravit quo per vicos Yakâr et Al-Wasîa transivit. Ed. Glaser nos monuit Ma'barum itinere duarum circiter horarum Dâffo meridiem versus distare. Nomina Ma'bar et Al-Wâsi'a conjunguntur, ut ad Djahrânnum pertinentes, apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-'Arab*, p. 111, v. 16. Fragmentum tituli superne et a sinistra integri Langer excripsit et Vindobonam ad Davidem Henricum Müller publici juris faciendum misit.

Fragmentum hoc edidit et illustravit D. H. MÜLLER in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 373-374; separatim excusum sub inscriptione: *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 55-56.

Hæc in apographo Langeri leguntur :

חָהּ | חַיִּים אֱלֹהֵינוּ 1
 ?
 עַל | מִסֵּם | חָהּ 2
 ?
 חַיִּים אֱלֹהֵינוּ 3

Quæ hebraice :

אֱלֹהֵינוּ | אֵה 1
 ?
 אֵה | עַל | מִסֵּם 2
 ?
 אֱלֹהֵינוּ | חַיִּים 3

Versus 1. Quum finem versus primi possideamus, longa enumeratio ædificantium præcurrebat, quorum ultimum nomen solum remansit, ante quod conjunctio ו «et» supplenda. Nomen אֱלֹהֵינוּ novum, nisi אֱלֹהֵינוּ (Hal. 389, v. 3 et 6) in אֱלֹהֵינוּ est corrigendum. Cf. nomen proprium יקרמאל in titulo 2 Musei Luparensis apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 5. — Post אֱלֹהֵינוּ, non dubitamus legere אֵה = أهل «homines» gentis quæ postea

designabatur; cf. Hal. 187, v. 2; 199, v. 2; 353, v. 2, 3, 10; 365, v. 3.

Versus 2. אֵה | עַל | מִסֵּם «condiderunt et reparaverunt», ut suadet D. H. Müller. Sequebatur fortasse tertium verbum וְהוֹבֵן, ut in titulo 41, v. 2, vel וְהִשְׁקֵן, ut in titulo 17, v. 2. De verbo עַל, vide quæ ad titulum 35, v. 3, (supra, p. 53) adnotavimus.

Versus 3. חַיִּים אֱלֹהֵינוּ «et turrem Yašbum» complemus, collatis Hal. 444, v. 2 (חַיִּים אֱלֹהֵינוּ); 476,

v. 2; 480. v. 4; cf. D. H. Müller, *Die Burgen*, 1, p. 25. Cum nomine ישבם confer שבמם Šibām in titulo 29, v. 5, supra, p. 47, necnon tituli 9 interpretationem, p. 20-21. — בתחר]ג imperio legere non dubitamus. Putamus

hic ורדא בתחר]ג, inverso ordine, pro וחרג]דא titulorum 41, v. 4; 47, v. 2, usurpari. Sequebantur nomina deorum, dearum, principum et tribuum, quorum imperio et ope ædificatio processerat.

Quæ quum ita sint, fragmentum hoc sic restituendum et vertendum esse opinamur :

אה | אלקדם | ו[..... 1
 וערבן | בר]או | | ל 2
 ותובן | ומחרפן | יש]בם | בתחר]ג 3
 [..... | ורדא] 4

1 *N*., *et A*., *et*] *Ílḡadam, homi-*

2 *nes (gentis) Y*. *condi]derunt, et reparaverunt,*

3 *et texerunt*. *et turrem Yas]bum, imperio*

4 [*et ope*.]

CAPUT III.

INSCRIPTIONES HIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN URBE GAIMÂN REPERTÆ
VEL IN QUIBUS MENTIO FIT URBIS GAIMÂN.

ARTICULUS UNICUS.

GAIMÂN.

«Şayadenses, vassali Dhù Gaimâni,» auctores dicuntur oblationis de qua agit titulus noster 30. Urbem Gaimân, in titulis non semel commemoratam, ab Arabum geographis prorsus omitti miramur, si Al-Hamdânîum excipias in ipsius duobus libris eximiis, scilicet *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 109, v. 7, etiam apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 186, necnon *Al-Iklîl*, apud D. H. Müller, *Die Burgen*, 1, p. 33-35, 67-69. Hanc urbem, quinque horarum itinere Şan'ão inter orientem et meridiem separatam, Josephus Halévy primus inter recentiores adiit; cf. ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 12 et 66; *Voyage au Nedjran* in *Bulletin de la Société de géographie*, series sexta, VI, p. 30-31. Idem nos docet incolas tribu بنى بهلول «Banî Bahlûl», parte tribus majoris بنى خولان «Banî Khaulân», esse oriundos. Gaimânium invenies in chorographia Glaseri quæ est in ipsius *Mittheilungen* inter paginas 88 et 89.

Auctore Josepho Halévy, Gaimân hodiernum est urbs parva cum castello in colle sito, olim muro lapideo circumdata, cujus vestigia etiamnunc apparent. In ruderibus antiqui oppidi Halévy viginti quatuor titulos vel potius titulorum fragmenta invenit et exscripsit, cum quibus conveniunt apographa Glaseri a quodam Rabbi suppeditata, quæ Glaser nobiscum amicissime communicavit.

Non solum hæc fragmenta minoris momenti simul edere placuit, sed etiam omnes adhuc cognitos titulos adjungere, in quibus mentio fit Gaimâni et ejus incolarum, quum hac mentione eorum origo satis superque pateat. Numerus titulorum incerti loci major superest quam ut occasionem, quotiescumque datur, non captemus titulos ad fontem unde manaverunt referendi. Hæc nostra excusatio, si eandem normam in dispositione titulorum non semper plane respexerimus.

49

Hal., 24, 18, 39, 41; Glaser, 30, 47, 43, 46.

Hos quatuor titulos ideo conjunximus, quod primus longior est, tres ceteri nihil continent quod in illo non inveniatur; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, XXXI, p. 86. Halévy hæc tantum de titulorum suorum descriptione dicit, 24^{um} uno versu constare, 18^{um} quatuor litteris a sinistra ad dexteram ductis, 22^{um} quinque litteris super lapidem transpositum et inversum, 41^{um} octo litteris.

Sed jam titulum vicesimum quartum Halevyi, trigesimum Glaseri, consideremus :

◦ | ׁ ן ן | ׁ ן ן | ׁ ן ן | ׁ ן ן | ׁ ן ן | ׁ ן ן

Quem hebraicis litteris transcribimus, ׁ ן ן in ׁ ן ן immutato :

בדת | בערנס | ושימהמו | חגרים | קהמם | ו

Hæc nostra est versio latina :

Nomine Dhât Ba'dâni et patroni ipsorum Hagar Kâham, et. . . .

Dea Dhât Ba'dân in titulis 18, v. 2, et 42, v. 3, jam occurrit; cf. supra, p. 28 et 71. — Occasione tituli 28, v. 2 (supra, p. 44), contendimus קהמם, non קהמם, ut Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 15) suadent, esse legendum. Abhinc de hac sententia nostra destitimus, rationemque consilii recentioris exponemus, quum de titulo Musei Tsînili Kiösk 2, apud nos 67, agemus.

In titulo 41 Halevyi, 46 Glaseri, pariter lege :

ׁ ן ן | ׁ ן ן | ׁ ן ן

id est hebraice :

ושימהמו | חגרים | קהמם

et latine :

et patroni ipsorum Ha[ga]r Kâha[m].

Simile in titulo Halevyano 39, Glaseriano 43 :

ׁ ן ן = ׁ ן ן | ׁ ן ן *et patroni ipsorum.*

Denique in titulo 18 Halevyi, 47 Glaseri, sub

מו . . . ׁ ן ן

ושימהמו [] | חגרים [] ׁ ן ן

et patroni ipsorum Hagar

latere persuasum habemus.

50

Hal., 29; Glaser, 35.

Titulus duobus versibus constat, quos Halévy hoc modo edidit :

1	ׁ ן ן ׁ ן ן ׁ ן ן	1	מה אקול שוב
2	ׁ ן ן ׁ ן ן	2	הלעם קהב

In versu altero קהמם | חגרים, deum «Hagar Kâham» agnoscas in promptu est; cf. titulum 49. — Quod ad versum priorem attinet, מה, finem nominis proprii, in חגרים, superlativum cognominis usitati חגרים (cf. infra ti-

tulum 54) immutandum censemus, nisi דעני[?] בננו, sicut in titulis 51 et 52, sit legendum. Venit deinde אקול | שוב «principes tribus», sicut in titulo 24, v. 3 et 4 (supra, p. 37 et 38), necnon apud Os. 35 = B. M. 33, v. 2.

Sic ergo hoc fragmentum, a recta et a sinistra fractum, restituendum et vertendum nobis videtur :

1 אקול שוב חגרים אד[?]
2 ושימהמו חגרים קהמם ו
1 <i>Adh[ra]h (?)</i> , <i>principes tribus</i>
2 <i>et patroni ipsorum] Hagar Kâham[</i> , <i>et.</i>

51

Hal. 35; Glaser, 39.

Halévy duos versus, super lapidem transpositum scriptos, sic legit :

1 נו דעי	1 נו דעי
2 מו הנרם ק	2 מו הנרם ק

Ut Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17, suadent, legimus דעי[מן] | נו[ב] «nepotes Dhù Gaimàni»; cf. titulos 52, v. 2, et 56, v. 1, neenon דעימן | אדם in ti-

tulo 30, v. 2, supra, p. 48-49. — In versu altero, eadem iterum occurrunt, quæ in titulis 49 et 50, nempe ושימה[מו] | הגרם [] ק[המם].

Inde patet titulum sic e parte complendum et vertendum :

	1 ב[נו] דעי[מן]
	2 ושימה[מו] הגרם [] ק[המם]
1 M., et., et., ne]potes Dhù Gai[màni].	
2et patroni ip]sorum Hagar K[ham].	

52

Hal., 36; Glaser, 40.

Duos versus, antecedente monogrammate, Jos. Halévy sic publici juris fecit :

1 שבע כ	1 שבע כ
2 ימן	2 ימן

Monogrammate ante versum priorem a dextera posito edocemur initium utriusque versus penes nos esse. — In nomine proprio שבע, quod etiam in monogrammate dispicitur (sic D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 43), animadvertite litteram *šin* ad dexteram declinare. Cum nomine proprio viri שבע cf. שבען, nomen loci, in titulo 41,

v. 3, supra, p. 68-69, et infra ש[בעם], nomen tribus vel gentis, in titulo 67, v. 2. — כ pro כ scriptum esse suspicamur et ב[ן]-complemus. — Quod ad versum alterum attinet, non de Yemeno agi, ut Halévy coniecit, sed finem compositi דעי[מן] (cf. titulos 51, v. 1, et 56, v. 1) servatam esse credimus.

Lege et verte :

	1 שבע ב[ן] בנו דעי
	2 ימן
1 <i>Šubā</i> , <i>šū</i> [lius]..... <i>i</i> , et....., et....., nepotes Dhù Ga-	
2 <i>imāni</i>	

53

Hal., 28; Glaser, 34.

Versum unicum, cum monogrammate, quem nunc tractamus, a sinistra ad dexteram scriptum esse Halévy contendit. Ejus textus, quem exprimimus, nihilominus hoc ordine a dextera ad sinistram procedit :

ⲡⲟⲩ | ⲟⲩⲛⲭⲭⲩⲛ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ

Quæ hebraice :

דָּה | פֶּרַעַם | דִּיתְהַמּוֹ | יִקָּד

Apographion autem, nobis a Glasero commissum, titulum duobus versibus constare et a sinistra ad dexteram utique scriptum esse demonstrat :

→ | ⲛⲛⲭ | ⲟⲩⲛⲭⲭⲩⲛ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ
 → ⲛⲛⲭⲭⲩⲛⲟⲩ | ⲟⲩⲛⲭⲭⲩⲛⲟⲩ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ

Si titulus reipsa tantummodo fragmentum est initio carens, בה in בן immutabimus, quum linea separationis antecedit, nec de דה cogitabimus, quod initio titulorum quorundam, nescimus qua significatione, additur; cf. Fresnel 9; Hal. 50, 280 et seq. — פֶּרַעַם nomen proprium est regis apud Os. 35 = B. M. 33, v. 1 et 5.

D. H. Müller adjectum monogramma בית | פֶּרַעַם non solum in nostro titulo, sed etiam in Hal. 101 legit, ubi idem occurrit; vide *Die Burgen*, II, p. 43. Mordtmann autem utroque nomen עִימָן exhiberi conjecit; vide ipsius sententiam in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17. Cui opinioni favemus. — In versu altero ביתהמו cum Muellero (*Die Burgen*, II, loc. cit.) restituimus, præcedentibus verbis ælificationem vel constructionem significantibus. — Nomen castelli non cum Halévy יקָד, sed cum Glasero יפָד legimus, quum Yafid, cognomen viri, in titulo 1, v. 1, antea obvium habuerimus.

Lege et verte, si lubet :

→ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ 1
 → ⲛⲛⲭⲭⲩⲛⲟⲩ | ⲟⲩⲛⲭⲭⲩⲛⲟⲩ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ 2

1 *M. . . . et ejus filii, et N. . .], filius Fari'i, con-*
 2 *diderunt et texerunt cas]tellum suum Yafid.* Gammán

54

Halévy, 23.

Versum, qualem Halévy edidit, ad litteram exscribimus :

ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛⲭⲭⲩⲛⲟⲩ | ⲛⲓⲛⲟⲩ | ⲛⲛ ⲛⲟⲩ

בַּאֲמַרְהֵמוֹ | יִנָּע | אֶלְרַח | וְהָ

Primum vocabulum addito *alifo* complemus, et legimus באַמְרֵ[א]הֵמוֹ « nomine principum suorum »; cf. titulos 2, v. 16; 17, v. 2; Hal. 30, apud nos 56, v. 2. —

יִנָּע, nomen proprium decurtatum e cognomine יִנָּעַם (vide titulum 1, v. 5), jam occurrit apud Fresnel 40, v. 1, 3 et 4; Os. 29 = B. M. 6, v. 7; cf. etiam nostrum

Tituli reliqua sic legenda et vertenda :

	דְעִי מֶן בְנֵי וְהַח דְרָה	1
	ב אִמְרָאֵהֶמו	2
1 <i>Gai]mdu[ensis]</i> , <i>construxit et repa[ravit]</i>	
2 <i>nomine]</i> <i>principum suorū</i>	

57

Hal., 26, 20, 33; Glaser, 32.

De his Halévy tantummodo animadvertit titulos 20 et 33 a sinistra ad dexteram tendere. Quod in suo tituli 20 apographo patefecit, dum contra eosdem characteres in titulo 33 a dextera ad sinistram deduxit. Textus trium titulorum, quales Halévy edidit, primum afferamus :

26 :	○○ΣΗ 144	← חַחַל סְשׁוּעַ
20 :	→ Σ○○ ח[44	דְחַמְדו עוֹשׁ
33 :	44ΣΗ ○○Σ	← שׁוּעַ דְמַחְדו

Collatis tribus titulis, constat cognomen אשוע (cf. titulos 2, v. 1; 8, v. 1) in omnibus reperiri, in primo post nomen proprium, in secundo et tertio ante designationem tribus vel regionis. *Khā* (ח) utrumque inversum pro *alifo* (א) scriptum esse suspicamur. Nostra sententia, nomen proprium est דרחאל (Hal. 49, v. 3, 5, 7), vel

שרחאל (Hal. 504, v. 1), vel ישרחאל (Hal. *ibid.*), ethnicum autem דמאד[נב, sicut in *musnado* apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 31; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30-31; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 48-49.

Inde patet tres titulos ex uno titulo manavisse, cujus initium talia præbebat :

דְרַחְאֵל | אֲשׁוּעַ | דְמַאדְ[נַם
Dhirriḥ'il (?) Ašwā' Ma'dhi[nen]sis.

58

Halévy, 21.

In apographo Halevyi hæc leguntur :

דְרַכְס | אֲוַעַל | וְהַח | דְרָה

אֲוַעַל, omisa una littera, ex cognomine אשוע (vide titulum 57) fortasse remansit, præcedente nomine proprio. Quidni אלקרם, sicut in titulo 48, v. 1 (supra, p. 80)? Deinde præpositione ה nomen tribus vel urbis intro-

ducebatur. Quum וְהַח remanserit, וְהַח ex Os. 18 = B. M. 19, v. 2 et 11, necnon ex O. M. 16, v. 1 et 2, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65-66, excerptimus.

Lege ergo et verte, si lubet :

אל[ק]רם | א[ש]וע | דויה[ר]ן
Īl]kadam (?) A[s]wa' Wah[r]dnensis (?)

59

Halévy, 22.

In via ante portam Gaimâni Jos. Halévy hæc legit et exscripsit :

ψ | ◦ϣϣ◦ | ΣΧΖΨ | ΧϞ◦Ϟ◦

Quæ hebraicis litteris :

וקעתו | יאזם | ובנהמו | ח

וקעתו in וקעתה immutandum esse liquet. וקעתה decurtatum stat pro וקהעתה (fortasse apud Hal. 137, v. 1), sicut מקעתה apud Hal. 657, v. 1, plenioris מקהעתה locum tenet. — Cognomen יאזם = יאזם vide apud Os. 8 = B. M. 11, v. 1; in O. M. 4, in titulo Gaimânensi (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 18-19),

apud nos 69, v. 2; necnon in O. M. 12, v. 1 (Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 48-49). — Alia nomina propria antecedeant, ut ex suffixo plurali המו patet. De ובנהמו pro בניהמו, vide titulum nostrum Gaimâno oriundum 5, v. 1, ובנהו pro ובניהו in titulo nostro 8, v. 1, necnon multa ejusmodi exempla.

Adducimur ut legamus et vertamus :

ו[וקעתה] | יאזם | ובנהמו | ח

et] Waḳá'athat Ya'zim, et filii ipsorum H.

60

Hal., 32; Glaser, 38.

Auctore Halevyo, hæc exscripsimus :

ר | ושנא | הו | ל | ח | ΣΣ | ח | ח

In Os. 31 = B. M. 35, v. 5, legitur ושרהמו|ושנאהמו כל «quisque adversarius et hostis eorum»; cf. titulum 2, v. 18. Hic etiam ר[ז] et שנא (animadvertite *shn*, non ad

dexteram, ut solet, sed ad sinistram vergentem) continuantur. Quæ statu constructo conjuncta cum nomine proprio a הו incipiente nobis videntur

Legas ergo et veritas licet :

ר[ז] | ושנא | הו

adversarius et hostis Hau.i.

61

Hal., 34; Glaser, 39.

Hæc pauca Jos. Halévy e lapide transposito exscripsit :

בְּעִנְיָי נָה | זָחַרְתִּי

Glaser ut tertium versum tituli sui 39, apud nos 51, hæc exhibet : זָחַרְתִּי | נָה זָחַרְתִּי. Sine dubio בעלתי «dominæ» cum Glasero legendum; cf. Os. 34 = B. M. 36, v. 2. — Sequitur fortasse נה[מתן]; cf. titulum 15 Mordt-

manni, nunc in Bibliotheca Maxima Parisiensi servatum (*Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 293), v. 2 et 4; necnon Hal. 155, v. 2; 158, v. 3. Locusne sit an tribus ignoramus.

Fragmentum sic restituas et veritas licet :

בְּעִלְתִּי | נָה[מתן] *dominæ Naha[mat].*

62

Hal., 40; Glaser, 45.

Unum versum, in mosquita servatum, Halévy sic edidit :

זָחַרְתִּי | זָחַרְתִּי | זָחַרְתִּי
צִלְלָם | זָלוּ | הַגְּרָהִם

יָלִל, ut legendum censemus, nomen dei est, ut recte agnoverunt Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, drittes Heft (Halle, 1874), p. 35, et Mordtmann, *Miscellen zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 88. Ambo autem de nostro titulo tacuerunt, in quo זָ (צ) in simillimum י (י) est immutandum. Cf. יָלִל, nomen viri in magno titulo Ḥuṣn Gurābi, v. 3, apud Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften*, *ibid.*, XXXIX (1885), p. 231-232. ‘Abdyālil (عبد ياليل) in *Kāmūso* dicitur fuisse filius ‘Abdkulāli (عبد كلال); vide G. W. Freytag, *Einlei-*

tung in das Studium der arabischen Sprache (Bonn, 1861), p. 357, et cf. עֲבֹדְכֶלֶל in titulo nostro 6, v. 1 (supra, p. 15 et seq.). Præcedebant nomina voventium, deinde verbum vel verba consecrationis deo Yālil factæ, denique אלהמו «deo suo», aut שיטהמו «patrono suo», aut aliquid simile. — זָלוּ (apud Glaserum תלה) in זָלָה, quod genus ædificiū designat, corrigimus; vide titulum 40, v. 4, et quæ ad illum locum (supra, p. 66) adnotavimus. — הַגְּרָהִם semper de magna urbe adhibetur, ut nos monuerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, adn. 1.

Sic ergo contextum hujus tituli nobis fingimus :

אלהמו || יָלִל | זָלָה | הַגְּרָהִם

[M., et N., et Y.]
[. consecraverunt deo suo] Yālil palatium (?) urbis su[æ]

In apographo autem, quod humanitati Eduardi Glaser debemus, primus versus sic observatur :

חַוְּאִי | חַוְּאִי מַלְךְ | דֶּר

Versus 1. חַוְּאִי[א] חַוְּאִי[א] conjicimus, memores titulorum 54 et 55, sequente מַלְךְ « rex ».

Versus 2. Quidni וַאֲחֵיהוּ, sicut in titulis Os. 9 = B. M. 7, v. 1, et 16 = B. M. 20, v. 1? Nimia fortasse audacia, meliora desperantes, deinde וּבְנֵי[הֵמוּ] ad imitationem eorumdem titulorum legimus; cf. etiam titulum 67, v. 1.

Versus 3. Mirare litteram *mām* ad sinistram vergentem, dum *dāl* vicinum ad dextram ducitur. Principio *‘ain* scriptum esse auguramur et, medio *wāw* in *yōd* converso, עַמְרִיהֵמוּ « duas stelas suas », præcedente nomine dei et oblationis mentione, vertimus. Cf. nostram vocis עַמַר in Hal. 349, v. 9, interpretationem apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 18 et 25. Vide contraria D. H. Muellerei in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 5.

Omnibus bene perpensis, fragmentum sic legimus et vertimus :

א[ח]ר[ח] | מַלְךְ

וַאֲחֵיהוּ [] וּבְנֵי[הֵמוּ]

עַמְרִיהֵמוּ | א

..... A]dhra[h], rex.
 et ejus fratres, et filii [ipsorum voverunt (deo)].
 duas stelas suas

67

O. M. 2.

(TAB. XII.)

Lapis, cui titulus tripartitus inscriptus est, 0^m,31 altus, a fronte latitudinem 0^m,22, a latere utroque latitudinem 0^m,18 exhibet. A tergo tantummodo prisca lapidis asperitas permansit, quum ceteræ facies characteribus sculptis destinatae expolitæ sint. In museo Constantinopolitano, Tsinili Kiösk dicto, monumentum ipsum conspicias licet, ex quo, intercedente viro litterarum orientalium peritissimo, nostro Clemente Huart, eximius scientiæ epigraphicæ fautor, summus musei et antiquitatum imperii Turcici procurator, Ḥamdî Bey, non solum ectypa chartacea, quæ gratissime accepimus, sed etiam imagines sole expressas sumpsit, ut studiis nostris faveret. Nec obliviscamur quæ beneficia in nos contulerit adjunctus Musei custos Nikolaki Effendi Ohanny, qui, graphide oblitterata litterarum vestigia secutus, ductus eorum quæ supersunt nostra gratia delineavit.

Pars anterior lapidis, qua initium tituli continetur, ex parte vetustate vel incuria ita deleta est ut plurima non jam oculis, sed ingenio et conjectura assequamur. Attamen, etsi aliquando in singulis incerti hæremus, de interpretatione et proposito tituli non dubitamus. Mirare post novem partis anterioris versus, sensum undecim versibus lateris recti continuari, quamvis scriptura a dextra ad sinistram constanter procedit. Quum autem lapicida in recto latere ad finem tituli non pervenerit, sinistro latere usus est ut incepta absolveret. Inde fit in eodem spatio, ubi undecim versus a dextra reperiuntur, a sinistra tres versus et primas versus quarti litteras suffecisse, vacante loco residuo.

In tabula nostra duodecima tripartitam imaginem luce solis expressam, qualem nobilissimus Ḥamdî Bey nobiscum communicavit, invenies.

De titulo egerunt MORDTMANN und MÜLLER, *Sabäische Denkmäler*, in *Denkschriften der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften zu Wien*, XXXIII (1883), 2^e Abtheilung, *Abhandlungen von Nicht-Mitgliedern der Akademie*, p. 14-17; separatim excusum, p. 14-17; vide etiam ibidem tabulam I.

Hæc nobis ut certa apparent :

a. PARS ANTERIOR.

- | ○Y Y M K C 1
- Y Y Y Z | ○ Y M Y | Y ○ P 2
- X | Y · Y ○ | 1 ○ P | Y Y Y 3
- Y 1 K 4
- 1 K P | ○ Y Y 5
- K 1 | ○ Y Y K 6
- Y Y Y | Y 3 P | ○ Y Y 7
- Y | Y K Y Z P 3 | ○ Y Y K 3 Y 8
- Y | ○ Y Y P ○ Z ○ | 9

b. LATUS RECTUM.

- Y | K P | ○ 10
- Y Y P | ○ Y Y P 11
- M Y K | ○ Y M Y 7 Y ○ | Y 12
- | ○ Y K P 7 Y | X K P | ○ 13
- K P | 3 1 K Y | K 3 1 Y | ○ Y 14
- 3 K P | K ○ K | Y ○ Y P | K 3 Y ○ 15
- K | Y 3 P | ○ Y Y M ○ K 1 ○ | · 16
- P 3 K | 1 K | K P | Y K K 17
- Y Y X 1 ○ ○ | ○ Y Y 3 3 ○ 18
- Y Y ○ | Y X ○ M ○ | 19
- Y Y K 3 20

c. LATUS SINISTRUM.

- | K Y Y P K | Y · · 21
- K Y Y P | ○ Y Y P · · 22
- Y 3 P | ○ Y Y Y · · 23
- Y Y · · 24

Quæ hebraicis litteris sic transcribenda :

a. PARS ANTERIOR.

ואחיהו ו	1
בעם הקניו שימהמו	2
קהמם בעל עה ק ת	3
צלמ	4
פיהו בכל	5
מהו לס א	6
המו חגרם קהמם	7
מראהמו רבשמסם י	8
ושעבהמו ע	9

b. LATUS RECTUM.

ולדת י	10
דמהו במק	11
ס ויגונהו כהח	12
ר בדת הגבאהו ע	13
דהו חלפן מסלף דן	14
עהרן ביום כון באר	15
ולסעדהמו חגרם את	16
הנאם בן כל ארץ	17
ערקהמו ועלתהמ	18
ודעתם וחט	19
ראהמ	20

c. LATUS SINISTRUM.

ס דעימן ו	21
בהמו עימן	22
ימהמו חגרם	23
מם	24

Versus 1. Nomen proprium hominis הלפן a versu 14 mutuumur; cf., de hac radice et exemplis ubi occurrit, Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 25-30. — Deinde בנו | וְבָנֵיהֶם | וְאֶחָיו «et ejus fratres et filii eorum, nepotes» legimus, collatis Os. 9 = B. M. 7, v. 1 et 2; 11 = B. M. 9, v. 1 et 2; 16 = B. M. 20, v. 1 et 2; 18 = B. M. 19, v. 1 et 2. Fatemur nos lectioni וְאֶחָיו | וְבָנֵיהֶם | בנו apud Mordtmannum et Muellerum minime assentiri.

Versus 2. Legendumne sit שבע[ש] (cf. שבע in titulo 41, v. 3, supra, p. 68-70, et שבע in titulo 52, supra, p. 84), an תבעם (Hal. 43, v. 4), vel סבעם (Hal. 62, v. 14), ignoramus. Utcumque se ea res habet, sub בעם latet nomen gentis quæ «volum agit patrono suo Ḥagaro». Nomen dei hic evanuit; sed respice ad v. 7, 16, 23.

Versus 3. Per occasionem tituli 49 (supra, p. 83) breviter significavimus nos in sententiam Mordtmanni et Muelleri discedere, qui cognomen dei Ḥagar non קהם, secundum apographa Halevyana, sed קהמם, ut ex ectypis chartaceis et exemplari luce solis expresso patet, legendum censent. Deus Ḥagar ruber (supra, p. 44), id est «lapis ruber», quæ idoli appellatio nobis placuerat, ex pantheo deorum apud Sabæos cultorum merito ejiciendus, ut Ḥagar Ḳaham in ejus vicem substituatur. Quid autem valeat cognomen קהם obscurum. Mordtmann et Müller locum قهامة in regione Hamdânensi et hominem جابر بن قهم بن جابر memorant. E *Ḳāmiso* Firûzâ-bâdhîi (sub radice ق م ه) hæc etiam afferemus: وقهم «Et Ḳahm, filius Djâbiri, pater est tribus cujusdam Hamdânensis». Sed, ut recte animadverterunt Mordtmann et Müller, mîmatio nominis divini הנרם non sinit hanc vocem cum sequente statu constructo jungi. Ideo epitheton potius in קהמם quærere debemus. Quod ad originem vocabuli attinet, quidni קהם cum קום, قَام, radice in omnibus semiticis linguis frequentissima, æquiparare licet? Cf. epitheton Allâhi اَلْعَيُّوم «subsistens, sempiternus» in *Corano*, II, 256; III, 1; XX, 110. Vide supra, p. 60, exempla additi hæc medii ad com-

plendam trilateralitatem, inter quæ עהר attulimus, idem probabiliter ac quod alias ער «urbs» = hebraicum עיר nuncupatur. Hoc עה[ר] post בעל «dominus» suspicatur; cf. עהרן in v. 15. Sequebatur nomen urbis a littera ה incipiens.

Versus 4. Altera sacrarii designatio præpositione ה introducebatur; cf. titulum nostrum 19, v. 3, et exempla quæ supra, p. 30, contulimus. — צלב[ן] [הן «hanc statuum» ne cuncteris quin suppleas; vide titulos 2, v. 3 et 4; 19, v. 3 et 4; 31, v. 1.

Versus 5. Mordtmann et Müller צדק[ה] ברה | המרם ante בכל addiderunt. ברה | המרם probamus, titulo Academiæ 14^o collato, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 75-76). Quum autem פי verbi quartæ formæ cum suffixo פיהו[ה] in imagine luce solis expressa perspicue appareat, non dubitamus sic legere; vide itidem in titulo nostro 2, v. 9 et 10.

Versus 6. Mordtmann et Müller, unica littera superstate א adducti, intellexerunt בע[מ] מהו | סתמלא | אמל[א] hic quondam fuisse; cf. titulos 2, v. 9 et 10; 68, v. 2. — Deinde לם[ע], initium vocabuli לסערהמו, conjectura magis quam oculis assequimur; cf. titulum 2, v. 12, 14, 16.

Versus 7. שימהמו «ipsorum patronus» iterum hic, sicut in v. 2, ante nomen dei Ḥagari, collocatus erat. — Sub fine versus חט, initium vocis חטי, a cujus yôd versus sequens incipiebat, conjicimus; cf. v. 19 et titulum 2, v. 16.

Versus 8. Nomen principis ipsorum est Rabsams; de hoc nomine vide quæ supra, p. 50, ad titulum 31, v. 4, adnotavimus. — Cognomen principis non deerat, quod in *mâm* desinere e versu 21 patet. Primam quoque litteram yôd videas licet, unde ינעם «Yun'im» ut veri simile proponimus, quum in titulo Gaimânensi 28, v. 3, tribus Dhû Yun'im occurrat; vide supra, p. 44 et 45. Næc prætereundus titulus 54, supra, p. 85-86.

Versus 9. Auctoribus Mordtmanno et Muellero, רעימן «Gaimânensis» (vide titulum 30, v. 2, supra, p. 48-49) et עימן «Gaimân» a versibus 21 et 22 mutuumur.

Sed jam ad latus rectum procedamus, ubi scriptura clarior, sensus autem obscurior :

Versus 10. Ni fallimur, hic versus sic restituendus : וְאֶחָיו | וְבָנֵיהֶם | וְהוֹפִיכֶוּ | וְאֶתְּכֶם «atque ut tueatur ipsum (Ḥagar) et». Post beneficia a deo Ḥagar accepta, Khalfân etiam meliora ominatur. Mirare לרה imperfecto conjunctum, ut yôd sequens demonstrat, necnon yôd verbi alterius in versu 12. A לרה pendent perfectum simul ac imperfectum in Os. 7 = B. M. 14, v. 11; 8 = B. M. 11, v. 12; 9 = B. M.

7, v. 8 et 9; etc. Imperfectum יהופין post conjunctionem *lâm*, quæ idem valet ac conjunctio composita in hoc loco usurpata לרה, vide apud Os. 4 = B. M. 5, v. 16, et cf. Fresnel, 55, v. 5, ubi item perfectum הופי præcedit, cujus exemplum hic in versu 5 jam occurrit.

Versus 11. Lege confidenter וְאֶתְּכֶם «et servos ipsius»; cf. titulos 2, v. 7; 30, v. 2, supra, p. 9 et 48-49. — Ves-

tigiis litterarum exploratis, lege deinde במק[ימת | צדק]ם «in sedibus optimis»; cf. plurale מקימת vocabuli במקם in titulo 40, v. 6, et alia exempla in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104, quibus adde ultimum exemplum occurrere in titulo primo thesauri quem Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi donavit; vide Mordtmann in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 288. — צדקם statu constructo voci præcedenti conjunctum est, sicut in Os. 6 = B. M. 10, v. 5; 8 = B. M. 11, v. 6; 12 = B. M. 8, v. 7; etc.

Versus 12. ויגוהו in ectypo chartaceo atque in imagine luce solis expressa clare apparet. Mordtmann et Müller جو «terra depressior» secundum Mordtmannum, «cætus» = נוי secundum Muellerum, comparant. Nos autem provocamus ad conferendum arabicum نجا «liberavit», quum nun sæpius in Sabæorum sermone, sicut apud Hebræos, ita litteræ sequenti includatur ut ambæ in unum coalescant. Cf. D. H. Müller apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 67, necnon Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 37. Radicem نجا lingua hīmyaritica non alienam fuisse demonstrat nomen mensis נגוה עבר | נגוה apud Hal. 188, v. 5. Imperfecto ויגוהו imperfectum superius יהופיגוהו (v. 10) continuatur. — Mordtmann et Müller deinde כהה[ייהו] suppleant, collato יהחיון Reh. 7, v. 7. Quod probamus, etsi tertia littera *hā* potius quam *hā* esse videtur. Cf. etiam Hal. 245, v. 1. Sensus est: «sicut (Hagar) incolumem ipsum servavit.»

Versus 13. Mordtmann et Müller, per occasionem huius tituli (*Sabäische Denkmäler*, p. 16), exempla radicis נבא e titulis collegerunt. Unde concludunt quarta forma «amovere, arcere» hic significari. Vertunt igitur: «Quum ipsum et suos עלה ab עהרן amovit, quum esset in nostra regione.» A qua lectione partim, a qua interpretatione

omnino discedimus. הנבאה, cum suffixo feminino tertiæ personæ apud Hal. 49, v. 10, nobis huc præcipue afferendum videtur, ubi de sensu non ambigitur. Vertimus: «quum restituit ei (Hagar).» Deinde nec ועלההו (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 15), nec ועלההמו (*ibid.*, p. 16), sed ע[ב]רהו «servus ejus (Hagari)» legimus, quo vocabulo subjectivum verbi הנבאה incipit.

Versus 14. Servus Hagar nuncupatur Khalfân; cf. quæ ad versum 1 adnotavimus. — Quod deo restitutum est designatur ut עהרן | רן | מסלה. Si titulum 40, v. 4, colliges, videbis supra, p. 66, nos vocabulum מסלה cum arabico مسلول «terra complanata conserendi causa» composuisse. Agitur de «terra complanata hujus urbis», id est urbis in versibus 3 et 4 commemoratæ, cujus primam litteram *tāw* solummodo novimus.

Versus 15. עהרן non calamitatem, ut Mordtmann et Müller putant, sed urbem designat; cf. v. 3. Itaque, nisi fallimur, non hæc calamitas, sed Khalfân «fuit in regione».

Versus 16 et 17. Supple את[מרם] et ארצ[המו], collato titulo 28, v. 8 et 9, supra, p. 43-45. — Animadvertente lineam separationis omissam in ולסערהמו.

Versus 18. Apposita sunt voci ערצהמו duo vocabula «in littore ipsorum ועלתהמו = عراقهم وعاليتهم» et in montanis ipsorum. Provinciæ nempe duæ Arabiæ sunt Al-'Irāk et Al-'Āliya (hæc eadem quæ Al-Hidjāz quoque appellatur), id est ora maritima et locus excelsior.

Versus 19. Supplemus ואולדם, alterum complementum infinitivi סערהמו, quod sequuntur alia ejusdem complementa, inter se juncta copula *wāw*, דעהם = دعة «vita quieta, commoda», חטני (cf. v. 7), denique רצו, quod conjicimus.

Versus 20. Ad exemplar versus 8, restituimus: מ[ר]אהמו | רבשטם.

Latus sinistrum, quod nunc tractabimus, nullam difficultatem præbet. Principio uniuscujusque versus desunt duæ vel tres litteræ :

Versus 21. Lege רעימן | ינע, collatis versibus 8 et 9.

Versus 22. Comple עימן | עימן, collato versu 9.

Versus 23. Ne dubites quin בש addas et veritas: «No-

mine patroni ipsorum Hagar,» memor versuum 2 et 7.

Versus 24. Sub טם in versu trunco eoque ultimo finem cognominis קה[מ] agnoscere in promptu est; cf. versus 3 et 7.

Omnibus bene perpensis et restitutis, quantum fieri potuit, restituendis, titulum sic legimus et vertimus :

1	חלפן ואחיהו ובניהמו בנו
2	שבעם הקניו שימהמו] חג
3	רם] קהמם בעל עהרן ת . . .
4	.. ד דן] צלמ ח
5	מרם בדת הו פיהו בכל] א
6	מל א] סתמלא בע מהו לס עדה
7	מו שימ המו חגרם קהמם] חט
8	י] מראהמו רבשמסם י נעם
9	דעימן] ושעבהמו ע ימן
10	ו לרת י הופינהו ו א
11	רמהו במק ימת צרק
12	ם ויגונהו כהח יוה
13	ו בדת הגבאהו ע ב
14	דהו חלפן מסלף דן
15	עהרן ביום כון באר צ
16	ן] ולסעדהמו חגרם את מ
17	רם] הנאם בן כל ארצ המ
18	ו] ערקהמו ועלתהמו ו או
19	לרם] ורעתם וחטי י ור
20	צו מ ראהמו ר רבשמסם
21	ינע ס דעימן ו
22	שע בהמו עימן
23	בש ימהמו חגרם
24	קהמם

1 *Khalfdn,] et ejus fratres, et [filii eorum, nepotes*

2 *Šu]bā'i, voverunt patrono suo [Haga-*

3 *ro] Kāhamo, domino urbis T.*

4 *. . ., in, hanc] statu[am, prop-*

5 *terea quod tu]tus est ipsum in omnibus [vo-*

6 *ti]s [, quæ ut explerentur pelivit a]b eo, ut con[cederet ip-*

7 *sis patronus] ipsorum Hagar Kāham [favo-*

8 *rem] principis ipsorum Rabšams Yu[n'im*

9 *Dhû Gaimân*], et tribus ipsorum Ga[imâni;
 10 atque] ut tu[eatur ipsum (*Hagar*), et ser-
 11 vos ipsius in se[dibus opti-
 12 mis et liberet ipsum, sicut incolumem ser[vavit ip-
 13 sum, quia ei restituerat se[r-
 14 vus suus *Khalfân* terram complanatam hujus
 15 urbis, die quo fuit (*Khalfân*) in regio[ne
 16 illa]. Et concedat ipsis *Hagar* fru[c-
 17 tus] excellentes in omnibus terris [ipso-
 18 rum,] in littore ipsorum et in montanis ipso[rum, et li-
 19 beros], et vitam commodam, et favo[rem ac gra-
 20 tiam prin]cipis ipso[rum *Rabsams*
 21 *Yun'i*]m *Dhû Gaimân*, et
 22 tri]bus ipsorum *Gaimâni*.
 23 *Nomine pa]troni ipsorum *Hagari*
 24 *Kaha*]mi.*

68

O. M. 3.

(TAB. XII.)

Lapis, 0^m,26 altus, 0^m,53 latus, tribus versibus perlongis inscriptus erat, quorum neque initium nec finem possidemus. Pars media quæ superest servatur in museo Constantinopolitano T'sinili Kiösk dicto. Summo musei procuratori Hamdi Bey iterum gratias agimus quod nobis hujus tituli ectypum chartaceum misit. Quod in tabula nostra duodecima luce solis expressum invenies. Litteræ exsculptæ sunt, prout plerumque fit in titulis qui ad ædificationem monumenti pertinent.

De titulo egerunt MORDTMANN und MÜLLER, *Sabäische Denkmäler*, in *Denkschriften der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie zu Wien*, XXXIII (1883), 2^{te} Abtheilung, *Abhandlungen von Nicht-Mitgliedern der Akademie*, p. 17-18; separatim excusum, p. 17-18; vide etiam ibidem tabulam II.

Quæ exstant non sunt ambigua :

1 𐤃𐤁𐤀𐤂𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 1
 2 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 2
 3 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 | 𐤂𐤁𐤁𐤍 3

Quæ hebraicis litteris :

1 דְּעִימָן | וְנֹאסָם | בְּרֵאוּ | וְהוֹתֵרָן 1
 2 אִמְלֵא | סְתַמְלֵאוּ | בְּעַמְהוּ | בְּכֵן | גְּזוּ 2
 3 וְיִסְתַּמְלֵאנָן | בְּעַמְהוּ | וְלֵדָת | נְעַמָּת 3

Versus 1. Præcedebant nomina voventium, inter quos numerandi sunt M. Gaimânensis (cf. tituli 67 versus 9 et 21) et Nu'âs. Mordtmann et Müller nomen regis judæi yemenensis apud Arabum historicos celebris ذُو نُوَاس ingeniose cum Nu'âs composuerunt; utrum jure annon in medio relinquimus. — Post והותרן supple- dum והשקרן (vel והובן); cf. titulos 4, v. 2; 6, v. 3; 17, v. 2; 29, v. 2; 40, v. 2; 41, v. 2; etc. Deinde veniebat mentio loci oblati, sive ביתהמו «castellum suum» (cf. titulum 4, v. 2; 6, v. 3; 41, v. 2), vel aliud simile (cf. titulum 40, v. 2), sive מחרם sacrarium (cf. titulum 43, v. 3), vel aliud vocabulum ejusdem generis. Sive castellum seu sacrarium sit, auctores tituli ejus nomen commemoraverunt, nec referre omiserunt cujus dei ope (ברדא) opus perfererint.

Versus 2. Müller et Mordtmann recte vocabula antecedentia restituerunt, nempe הופיהמו | ברת «quia tuitus est ipsos»; addimus בכל, sicut in titulo 67, v. 5. — גזיו verbum est novum. Substantivum גזיהן in titulo Glaseriano 284, v. 2, occurrit, de quo vide Hartwig Derenbourg in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 173; separatim excusum, p. 7; vide etiam nomen proprium גזין in titulo Glaseri 305, v. 3, *ibid.*, I, p. 200, separa- tim excusum, p. 20. Arabice جَزَى «pensavit, retribuit» significat. Intelligimus «quum solverint» deo suo accepta beneficia precibus et muneribus. Sensus patet, verba nos fugiunt.

Versus 3. Finis tituli omnino cum Os. 23 = B. M. 25, v. 4 et seq., concinit; cf. titulum nostrum 43, v. 6.

Sic ergo, incerti quomodo versus incipiant et desinant, titulum complere audemus :

1 ברת | | ברדא | | ביתהמו | והותרן |] והשקרן | | ונאסם | בראו | והותרן | | רעמן | ונאסם | | 1
 2 הופיהמו | בכל |] אמלא | סתמלאו | בעמהו | בכך | גזיו |] | ול | וזא | | הופינהמו | | 2
 3 בכל | אמלא |] יסתמלאנך | בעמהו | ולדה | נעמת |] ותנעמן | לבני | עימן | | 3

- 1 H., et] *Gaimânensis, et Nu'âs condiderunt et fundaverunt [et texerunt castellum suum., ope (dei)., quia*
 2 *tuitus est ipsos in omnibus] votis quæ ut explerentur petiverunt ab eo, quum solvissent [(deo).*
Et pergat (deus) tueri ipsos
 3 *in omnibus votis quæ] ut expleantur petent ab eo, atque quia contigit, [et ut contingat Gaimânensibus.*
Nomine (dei).

69

O. M. 4.

(TAB. XII.)

Lapis, 0^m,45 altus, 0^m,25 latus et 0^m,15 crassus, a dextra et a sinistra truncus est. Excepto primo versu, cujus mediæ litteræ fractura lapidis evanuerunt, reliquiæ ceterorum versuum intactæ manserunt, et impedimenta majora in interpretando quam in legendo sunt superanda. Ipse lapis in museo Constantinopolitano, Tsinili Kiösk dicto, servatur, cujus summus procurator Hamdi Bey nostra gratia tituli imaginem solis luce exprimendam curavit, et nobiscum communicavit. Quam in tabula nostra duodecima, qualem accepimus, accurate imitati, titulum perarduam, ut implicatam disserendi materiam, eruditis proponimus. Ne quidquam in textu constituendo incertum relinqueretur, adjunctus musei custos, Nikolaki Effendi Ohanny, tituli hujus, quemadmodum tituli 67, ductus graphide delineavit.

rimus sitne propositio על disjungenda, etsi plenior forma על (Hal. 49, v. 12 et 13; 152, v. 13) scribi solet, neque על a vocabulo sequente linea separationis dividitur. — ביהנהן «castellum utrumque». De hac dualis forma vide quæ ad tituli 37 v. 8, supra, p. 60, adnotavimus. — Mordtmann et Müller prioris castelli nomen מרהב legunt, collatis מרהב apud Prideaux, 13, v. 2, et nomine vallis وادی مرجب, in regione Gaimāni, apud Al-Hamdāni, *Djazirat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 108. Cui opinioni assentimur. — Sequebatur nomen alterius castelli. Auctor tituli, ni fallimur, hæc deinde vel similia addebat: כל «et intraverunt in hæc duo (castella) omnes», collato titulo Academiæ 14°, v. 15, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 76-77.

Versus 3. Mordtmannum et Muellerum secuti, אסדן | אסדן vertimus «viri et mulieres»; cf. de priore vocabulo O. M. 9, v. 2, 4, 9, et quæ ab his duobus peritissimis interpretandi artificibus scripta sunt in *Sabäische Denkmäler*, p. 36-37; cf. de posteriore D. H. Müller, *Himjarische Studien*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 675. — Quo modo autem intelligendum sit sequens vocabulum מסהנן non ita distincte videmus. Alterum exemplum formæ מסהנן apud Prideaux 14 c, v. 1, in *Transactions of the Society of biblical Archaeology*, IV, p. 198, occurrit. Lapidem, quem Prideaux in urbe Aden exscripsit, in museo ethnographico Parisiensi nunc exstantem, doctus et amabilis hujus musei custos, D^r Hamy, nobis inspiciendum nuperrime commisit, ita ut etiam illic de vera lectione מסהנן non dubitarem. Quam formam pluralem idem valere ac מסהנת nostri tituli, semel in v. 4, bis in v. 6, et, cum nūnatione, מסהנתן in titulo Glaseriano 290 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 177-178; separatim excusum, p. 11-12) D. H. Müller contendit, et מֻסְכְּנֹן = مَسَاكِنٌ et مَسَاكِنَةٌ, pluralia vocabuli مَسْكَنٌ, contulit; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104. Nos autem, analogiæ et grammaticæ legibus freti, diffidimus unius et ejusdem tituli auctorem duabus formis tam dissimilibus promiscue usum esse, omni discrimine inter eas remoto. Credimus potius מסהנן plurale masculinum esse, מסהנת autem plurale femininum participii מסהנת. Quoad radicem ipsam סהן, Mordtmann et Müller eam arabico سحن æquaverunt, littera ح (ח) in خ (ح) immutata, et سَحْنٌ «tutela» præcipue contulerunt. Etsi hæ litteræ invicem permutari non solent (vide tamen quæ ad tituli 40 versum 5, supra, p. 66-67, de رخم et رخم idem valentibus adnotavimus), aliter nodum expedire non valemus. Inde fit ut מסהנן in «clientes»

et מסהנת in «clientas» vertamus. Huc fortasse trahas licet verbum samaritanum סהן sahan «possedit, hæreditavit», et vocabula ad hanc radicem samaritanam pertinentia apud Edmundum Castellum, *Lexicon heptaglotton*, II, col. 2504. De peculiari servitutis notione radici סהן hærente, confer quæ Al-Firūzābādī in suo *Kāmūso* de verbo حَسَنٌ, duabus primis litteris transpositis, dixit: اَحْسَنَ الرَّجُلُ ذَلَّ بَعْدَ عِزِّ. — In fine versus, comple cum Mordtmanno et Muellero אולדהמו | אולדהמו «et liberi liberorum suorum».

Versus 4. Initio הרים pro הרים Mordtmanni et Muellieri certo legentes, vocabulum אהים complemus, quod præcedebat fortasse verbum ואהי, sicut verbum עדר hic ante עדרם, atque ut verbum ולד ante ולדם in loco simili (Os. 35 = B. M. 33, v. 4) occurrit. Animadvertite autem מאהד et מעדר in lingua himyaritica idem significare, nempe arcem, propugnaculum. Ex quo potest probabiliter confici duo verba אהד et עדר unum ab altero sensu non longe dissidere. Intelligimus «prehendit in suo ma'khadh et retinuit in suo ma'dhar», de subjecto horum verborum ambigentes, quorum utrumque, sequente infinito absoluto ejusdem radicis, more arabico adhibetur. Alia vide apud Josephum Halévy, *Études sabéennes*, p. 169; necnon apud Mordtmannum et Muellerum, *Sabäische Denkmäler*, p. 19. — Post מסהנת, quod a verbis אהד et עדר pendere nobis videtur, sequens vocabulum כלב sane interpretari nequimus. Quod J. H. Mordtmann sibi fingit compositum ex כל + ב = כל + בן = כָּל מֵן, hoc est «quicumque». D. H. Müller autem arabicum كَلْبٌ comparat, quod idem valere ac אסד «vir» (v. 3) affirmat. Sed, de hoc vocabulo arabico كَلْبٌ non minus quam de vocabulo himyaritico כלב dubitantes, conjecturæ Mordtmanni libentius assentimur, quamvis nosmet ipsos ad constructionem grammaticæ legibus repugnantem ea duci non ignoremus. Etenim, quum מסהנת, mīnatione et nūnatione carens, in statu constructo usurpetur, consentaneum est vertere «et clientæ cujuscumque». Contextu vero cogimur ut transferamus «et clientæ omnes, quas in servitute redegerat», quum עברהן arabico عَبَدَهُنَّ assimulemus. Emendate scribentem decuisset hoc ordine eadem vocabula collocare: עברהן | מסהנת | עברהן: כל et omisso bet. — De suffixo tertiæ personæ pluralis feminini הן = هُنَّ vide titulum 21, v. 1 et 3, et quæ ad illum locum (supra, p. 34) adnotavimus. — Mordtmann et Müller finem versus legunt עברהנא | שרה, formæ insolitæ עברהנא nullam rationem reddentes et שרה pro initio nominis proprii שרהאל vel שרהכאל habentes.

In ectypo chartaceo et in imagine luce solis expressa nobis legere videmur אלשרה | עברהן | אלהרהו «quas in servitum redigit Īsarah». De nomine proprio Īsarah (Ἰλάσαρος Strabonis), vide Fresnel, 55, v. 1 et 3; Os. 29 = B. M. 6, v. 1 et 2; 35 = B. M. 33, v. 5; Hal. 465, v. 1; 662, v. 1, hunc titulum 662 inscriptum super lapidem Parisios allatum et in Museo Luparensi nunc servatum (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 2).

Versus 5. Seriem vocabulorum, non sententiarum nexum dispicimus. Maxima in eo inest difficultas quod in hoc versu et in versu sequente copula wāw inter tot substantiva sine ulla intermissione continua desideratur. Sintne omnia statu constructo inter se juncta dubitamus. In singulis non quidquam notabile, si מחקב excipias, quod vocabulum novum in contextu inexplicabili non intelligimus. נעמת et חטי idem haud multo secus valent, quum illud felicitatem, hoc favorem significet. Estne מרתר nomen proprium tribus, sine mimatione, sicut apud Os. 16 = B. M. 20, v. 10, necnon apud Hal. 83, v. 1 (pro מרוד); 177 (pro מרד); 509; etc.? An potius habendum est nomen appellativum, consecrata numini indicans, ex verbo רתד «dedicare», cujus exempla vide in titulis 8, v. 3; 17, v. 4; 20, v. 4; 29, v. 4? De substantivo מרתר, cf. titulum Glaserianum 298, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (1887), p. 196, separatim excusum, p. 20. — אמתהגר, nomen proprium femininum, «serva Ĥagari» significans; cf. אמתו, cujus littera tāw in litteram thā inserta est, «serva Thūni» apud Prideaux 6 = Prætorius IX, v. 1 (*Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXVI, p. 432), et אמתשכס «serva Solis» in O. M. 16, v. 1 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65-66). — אהכרב; cf. Hal. 634. — Littera nān videtur esse initium adjectivi ethnici.

Versus 6. Comple מ[סחנת, vel fortasse ו[מסחנת; quid autem «clientæ» egerint vel passæ sint prorsus latet, quum præcedentia nos fugiant, nec magis sensum eorum quæ sequuntur חיו | משנא | ופין | assequi valeamus. Utrum חיו tertia persona sit pluralis perfecti, sicut in titulo Academiæ 11°, v. 4 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 64-65; cf. כהחיוהו in tituli 67 versu 12, supra, p. 95), an nomen proprium, sicut in titulo nostro 6, v. 4 (vide exempla supra, p. 18, allata), dijudicare nequimus. — Post alterum מסחנת, legimus צרב, de quo vocabulo cf. Os. 1 = B. M. 4, v. 7; 4 = B. M. 5, v. 9, et מצרב, apud Hal., 353, v. 6; 485, v. 3 (D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 750). Quamquam exempla hujus vocabuli non deficiunt, de ejusdem sensu nihil certi statuere audemus. — שפקם dubium; fortasse שפה legendum est, quum שפהמרו apud Os. 1 = B. M. 4, v. 7, occurrat. Sed similia afferre multo facilius est quam obscura illustrare.

Versus 7. Nescimus an מ[סחנת sit complendum, sicut in versibus 4 et 6, nisi potius ב[נת «filia» legere conveniat. — Auctoribus Mordtmanno et Muellero, nomine proprio אבוזר Abūzu'd «pater Zu'di» feminam designari putamus, quod videtur plane confirmare nomen proprium utique feminæ adscriptum קילוזר Kailzu'd, hoc est «princeps Zu'di», in titulo 8° Musei Luparensis, v. 1 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 9). De origine gentis Hamdānensis Zu'd ejusque sedibus, vide Al-Hamdāni, *At-Iklil*, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 63-64. — Sequitur nomen proprium רבאל; cf. titulum 17, v. 1, et quæ ad hunc locum (supra, p. 27) adnotavimus. Quænam autem existat ratio inter hoc nomen proprium et ea quæ proxime antecedunt omnino ignoramus.

Quum plura assequi non valeamus, titulum ex parte sic restituimus et vertimus :

- | | |
|---|---|
| 1 | יאמן בן [..... מלך ס] בא ודרין ואהיהו ובניהמו |
| 2 | עברהמו רומן יאזם לעימן עלביתנהן מרחב ו..... ואהו בן |
| 3 | המין כל [אסרן ואנתן וכסחנן וכל אולרהמו ואולר אולרהמו ו..... |
| 4 | פאהד א אדם ועדר עדרם מסחנת כלב עברהן אלשרה [..... |
| 5 | נ עמת מרתר חטי מחקב אמתהגר אהכרב נ : [..... |
| 6 | ומ[סחנת ופין משנא חיו מסחנת צרב שפקם [..... |
| 7 | מ[סחנת אבוזר רבאל [..... |

- 1 *Yu'min, filius [.i, rex Sa]bæ et Rai[dáni, et ejus fratres, et filii ipsorum*
 2 *præfecerunt ser]vum suum Daumánum Ya'zinum Gaimánensem duobus castellis Marḥab [et. Et*
convenerunt in
 3 *duo hæc (castella) omnes] viri et mulieres et clientes, omnesque eorum liberi et libe[ri liberorum suorum,*
et quoad M. ,
 4 *in sua arce pre]hendit et retinuit in suis propugnaculis clientas omnes quas in servitatem redegerat*
Ílsarah
 5 *Amathagar Akhúkarib*
 6
 7 *Abúzu'd Rabb'i]l*
-

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES HIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN VICO 'AMRÂN ET IN REGIONE VICI 'AMRÂN REPERTÆ VEL 'AMRÂNO ORIUNDÆ.

ARTICULUS PRIOR.

'AMRÂN.

Vicus 'Amrân, nullius momenti angustias ejus et breve spatium metienti, primas partes agit in epigraphia Yemenensi. Arabum geographi de hoc loco non silent, ut crediderat Osiander (*Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 163; XX, p. 267), sed quam paucissimis verbis et urbis et provinciæ Al-Baun qua continetur mentionem obiter faciunt. Al-Hamdânî (*Djazîrat al-'Arab*, ed. D. H. Müller, p. 111, v. 11-25) præcipuas urbes provinciæ Al-Baun persecutus, vicum 'Amrân prorsus omittit, ejus tamen meminit, quum (*ibid.*, p. 203, v. 16) arces Yemeni commemorat, inter quas cum pronuntiatione 'Amurân eam laudat. Al-Bakrî (*Mu'djam*, ed. Wüstenfeld, p. 668) pronuntiationem 'Amurân quoque commendat et monet hanc urbem, in provincia Al-Baun sitam, ab Hamdânensibus habitari. Legendum enim in textu impresso nobis videtur مدينةً بالنون pro مدينةً بالنون, quod significatione omnino caret; cf. A. Rutgers, *Historia Jemane sub Hasano Pacha* (Lugduni Bataavorum, 1838), p. 23, 149 et 212. Našwân Al-Himyarî, in suo lexico *Šams al-'ulûm* «sol scientiarum» dicto, iisdem vocalibus 'Amurân instruit; cf. D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 51. Alterum 'Amrân, a priore discernendum, in provincia Al-Djauf exstitisse nobis videtur; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-'Arab*, p. 82, v. 13; 167, v. 11; 169, v. 14; necnon ejusdem *Al-Ilkil*, apud D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 49 et 92; cf. etiam utrumque ut unum et idem copulatum a J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6.

Urbem antiquam, inter septentrionem et occidentem diei unius circiter itinere Šau'áo distantem, non semel deletam et iterum ædificatam, Carstenius Niebuhr anno 1763 exploravit et nos docuit 'Amrânium, ut enuntiat, oppidum parvum esse mœnibus circumdatum, monti subjectum, in opima regione; vide ejus *Beschreibung von Arabien* (Kopenhagen, 1772), p. 253, necnon versionem gallicam, *Description de l'Arabie* (Paris, 1779), II, p. 91. De titulis autem non curavit quum regionem incognitam sciscitaretur. Anno circiter 1855, præfectus legionis in exercitu Anglico vel, ut vernaculo sermone dicimus, *Colonel Coghlan* 'Amrâni viginti septem æra reperit quæ in Museo Britannico Londini servantur. Quibus addenda est tabula et ipsa area, in Museo Britanico deposita, quam legatus præfecti legionis vel, ut vernaculo sermone dicimus, *Lieutenant-Colonel Playfair* 'Amrâni invenit. Ex his viginti octo monumentis tituli sexti tautummodo descriptionem differemus quia in eo de rege Hâdramauti agitur, quæ provincia meridionalis et maritima capite peculiari tractabitur.

Josephus Halévy, quum anno 1870 thesauros antiquitatis Yemenensis eruere feliciter conaretur, per 'Amrânnum non transivit, inter orientem et septentrionem alio pergens. Eduardus Glaser sub fine anni 1883 'Amrânnum bis se contulit et ibi quinque fragmenta exscripsit quorum unum satis amplum. Hæc pauca inedita, necnon titulum 8^{um} Academiæ (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 54-59), cujus in versu 4^o urbis 'Amrân (הגרן | עמרן) mentio fit, titulis Musei Britannici subjungemus, nec tres titulorum partes omitemus, in monte Djabal Dîn dicto qui 'Amrâno proxime imminet, ab eodem Glasero repertas et nobiscum communicatas.

Titulos Musei Britannici arte lithographica expressos S. Birch et A. W. Franks cum brevi descriptione, sed sine translatione et sine commentario ediderunt; vide *Inscriptions in the Himyaritic Character discovered chiefly in Southern Arabia, and now in the British Museum*. London: printed by order of the trustees. MDCCCLXIII, qui liber oblongus sex paginis et duodeviginti tabulis constat.

Duo viri de epigraphia Yemenensi bene meriti, Ernestus Osiander et Josephus Halévy, omnia et singula quæ sic nude absque interpretatione enotuerant examinaverunt et operam dederunt ut perspicuis dubia illustrarent. M. A. Levy, de epigraphia Phœnicia optime meritis, etiam in epigraphiam Yemenensem egregia beneficia contulit, quum mortui interea Osianderi opus ederet et adnotatione sua exornaret; cf. Dr Ernst Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, aus seinem Nachlasse herausgegeben von Prof. Dr M. A. Levy, in *Zeitschrift der deuts. morg. Gesellschaft*, XIX (1865), p. 159-235, cum 24 tabulis; Joseph Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 321-365; décembre 1874, p. 497-514; separatim excusum, p. 104-165. Quam viam muniverant fidenter ingressi, eorum vestigia persecuti, novis adjumentis usi, meliora afferre et adhuc obscura enucleare conati, quam maximas gratias iis agimus quorum ope aditus ad titulorum sensum eliciendum patuit.

Tabulæ, ex archetypis ipsis luce solis expressæ sunt. Vir humanissimus, William Thompson, primus nunc inter Musei Britannici præfectos, suadente nostro Carolo Schefer, laborem a sodalio quod *Autotype Society* vocant susceptum, quam accuratissime potuit, inspexit et expedit. Quod grato animo confitemur.

70

British Museum, 1; Osiander, 3.

(TAB. XIII.)

Tabula ænea, 0^m,32 alta, 0^m,77 lata, undique integra occurrit, si dextram excipis, cujus dimidiam circiter partem desideramus. Titulus duobus versibus constabat, quorum, initio amisso, finis intacta superest. Animadvertite deorsum cælaturam simplicem, nec tamen sine arte elaboratam. A sinistra, in quadrato duabus lineis parallelis omni ex parte clauso, ubi duo foramina aperta sunt, quorum ope tabulam suspendas licet, patet monogramma, in quo Josephus Halévy Ⲛⲓⲁⲣⲏⲙ, sine dubio nomen voventis, recte agnovit. De hoc nomine proprio vide supra, titulum 10, p. 22, et quæ illic diximus.

De titulo egerunt: E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deuts. morgenl. Gesellschaft*, XIX (1865), p. 169-170. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 361; separatim excusum, p. 144, sub numero 24.

Versus 1. Comple הנ]אם, præcedente אולרם vel אהמרם, sive gratiæ Îlmaḳḳâho de liberis excellentibus vel de fructibus excellentibus agantur, et confer titulos 27, v. 4 (supra, p. 41-42); 28, v. 8 (supra, p. 44 et 45); 75, v. 6 (infra, p. 115-116); etc.

Versus 2. Quæ supersunt sic complenda esse persuasum habemus : מרתרם |] לכני |] והנעמ |] ולדה | נעמת | וולדה | נעמת |] והנעמ |] לכני |] מרתרם : colatis titulis 68, v. 3 (supra, p. 98); 72, v. 4 (infra, p. 120-121); 78, v. 9 et 10 (infra, p. 127); 83, v. 7 et 8 (infra, p. 133-134); etc.

Sic igitur tituli reliquiæ restituendæ sunt et vertendæ :

אולרם
 1 ול | סערהמו | אהמרם | הנ]אם.....
 2 ולדה | נעמת | והנעמ |] לכני |] מרתרם

liberos

- 1 *Et concedat ipsis fructus] perfec[os.....*
 2 *Atque quia contigit, et ut contin]gat nepotibus [Marthadi.....*

72

B. M., 3; Os., 5.

(TAB. XIII.)

Tabula ænea, 0^m,21 alta, 0^m,54 lata, undique integra, excepto latere dextero, cujus pars dimidia circiter desideratur. A sinistra, in quadrato clauso, anaglypta apparent, ubi leo agnoscitur cono angusto impositus, constrictis ob spatium brevius tribus feræ cruribus, quorum quartum erectum caput fere assequitur, dum cauda in orbem sublata capiti ordine respondet. Supra leonem emergit palma cum ramulis et dactylis ex parte utraque.

Per totam monumenti latitudinem eadem vel similis cælatura extenditur, quam occasione titulorum 70 et 71 commemoravimus. In summa parte alterum ornamentum respice, in speciem pinnarum figuratum, quod non ultra tituli fines procedit.

Sub fine tituli parvum circulum mirare, ex quo sex lineæ distrahuntur quarum tres superne tendunt, tres deorsum. Imaginem non absimilem, in titulo nono Musei Luparenis ter repetitam papiloni nuper æquiparavimus et, quum titulus sepulcri esset, de mytho Psyche deliravimus; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 11. Hæc autem interpretatio ad titulum de quo nunc agimus minime convenit. Etenim dedicationem deo Îlmaḳḳâho, non epitaphium significat.

Hunc titulum tractaverunt : E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutse. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 177-179. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 362; separatim excusum, p. 145, sub numero 25.

Hæc perspicue leguntur :

אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא

Quæ hebraice :

אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא

Versus 1. Initium versus primi deest, a quo re ipsa titulus, sicut e tabula patet, exordium capiebat. Ante servata restituimus : יהפרע | ובניהו | הקניו | אלמקה | דהרן | ד
 «Yuhafri^c et ipsius filii voverunt *Īlmaḳḳāho* Hīrrānensi hu]nc titulum», nomen Yuhafri^c a versu quarto mutuati. — Verbum וקה «tuitus est», et nomen dei *Īlmaḳḳāhi*, hic conjuncta, radicis cognatione, de qua nihil certi afferre valemus, unum alteri adhærere existimamus. De ipsa lectione *Īlmaḳḳāh* dubitantes, hoc tantummodo asseveramus non ad radicem arabicam ق م ج confugiendum esse, cui D. H. Müller (*Die Burgen*, II, p. 21) notionem fulgoris et splendoris fecte imposuit. Nisi erramus, *Īlmaḳḳāh* vel aliud simile (fortasse in *Īlmukih* convertendum), littera *wāw* omissa, deum «*Īl* præsidem» significat. Quum enuntiationem *Īlmaḳḳāh* supra, p. 28 et sqq., adseiverimus, in ea, quamquam probabiliter mendosa, perseveramus.

Versus 2. Restitue וזא אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול
 «propter pre[ces ad se, ut protegeret ipsos et protegeret liberos ipsorum. Et pergat». Cf. imprimis tituli 2 versus 5 et 6 (supra, p. 9). — Verbum צרק «indulgere» etiam in titulorum 84 v. 9; 104 v. 6; et, ni fallimur, in tituli 74 v. 8, occurrit.

Versus 3. Quæ desunt sic complemus : באמלא | סתמלאו | ו
 «in votis quæ ut explerentur petiverant ab eo; et ipsis comparet favorem». Ultima duæ litteræ initium verbi ignoti, quod Halévy הלץ «liberare» fuisse conjicit. Cui assentimur, quum meliora non habeamus.

Versus 4. Initio legimus בן | נצע | ושצי | ז
 «et lib[er]et ipsos *Īlmaḳḳāh* a contumelia et noxa hostis cujusque, atque quia», collato tituli 88 v. 10. — De fine tituli cf. titulos 68, v. 3; 71, v. 2 (supra, p. 98 et 106).

His præmissis, sic titulum complere audemus :

יהפרע | ובניהו | הקניו | אלמקה | דהרן | ד
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא
 באמלא | סתמלאו | ו | סערהמו | רצו | א
 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא

1 *Yuhafri^c et ejus filii consecraverunt Īlmaḳḳāho Hīrrānensi hu]nc titulum, quia exaudivit ipsos Īlmaḳḳāh propter pre-*
 2 *ces ad se, ut protegeret ipsos et protegeret liberos ipsorum. Et pergat] Īlmaḳḳāh indulgere ipsis et protegere ipsos*

- 3 *in volis quæ ul explerentur petiverant ab eo, et ipsis compareret favorem] principum suorum Marthadensium, et libe-*
 4 *ret ipsos ʾlmalḳāḏh a contumelia et noxa hostis cujusque, atque quia] contigit et ut contingat filiis Yuhafri'i.*

73


B. M., 4: Os., 1.

(TAB. XIII.)

Tabula ænea, 0^m,445 alta, 0^m,27 lata, undique integra, etsi in uno lateris superioris loco præstricta, in tres partes dispare dividitur, quarum media titulus undecim versuum continetur. In angulis quatuor foramina apparent, quorum ope tabulam suspendere queas.

Superne spatium arctum ornamentis varii generis clauditur, quorum celsiora ovi modo rotunda ad architecturam pertinent, inferiora florum inter se similibus, granis interpositis, imaginem, sub titulo iterum expressam, præbent. In spatio sic terminato duæ sphingæ vel duo leones pennati, facie humana induti, pede antico arborem sacram in medio surgentem attingunt, de cujus genere ambigimus. Utrinque caudæ belluarum palmas assequuntur e quibus pendent rami et fructus.

In altero spatio prioris instar deorsum reservato, ornamentis etiam clauso, quorum celsiora inferioribus spatii prioris respondent, inferiora autem lineis ordine dispositis constant, quatuor simulacra eminent, in quibus auctores libri anglice *Inscriptions* nuncupati duo mala granata et duos flores tetragonos agnoverunt, utrum revera an non decernere non audemus.

In utroque margine, a dextera et a sinistra lineæ compositæ sunt inter quas a dextera, in loco ubi titulus incipit, signum  distinguitur, de quo vide supra, p. 13.

Titulum tractaverunt: E. OSIANDER, *Zur hinjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 161-169. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 344-346; separatim excusum, p. 127-129, sub numero 14. — W. F. PRIDEAUX, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archaeology*, V (1876), p. 220-222.

Hæc leguntur :

Ⲕⲛ ⲟⲩⲡ ⲟⲩⲩⲕⲟ ⲛⲡⲩⲩ	1
ⲕⲔⲛⲟⲩ ⲟⲩⲩⲩⲡⲟⲩⲩⲟ ⲛⲩⲩ	2
ⲩⲛⲁⲕ ⲟⲩⲩⲩⲩⲩⲩ ⲟⲩⲩⲩⲩⲩ	3
ⲕⲩ ⲡⲩ ⲕⲩⲕⲩⲩⲩ ⲕⲔⲩⲩ ⲩ	4
ⲩⲡ ⲛⲁⲕⲕⲩⲛⲡ ⲟⲩⲩⲩⲩⲩⲟ	5
ⲩⲩⲛⲁⲕ ⲟⲩⲩⲩⲩⲩⲩⲩⲩ ⲕ	6
ⲟⲩ ⲟⲩⲩⲩⲩ ⲟⲩⲩⲩⲩⲩⲩⲩ ⲡⲔⲩ	7
ⲡⲩⲩⲩⲩ ⲛⲔⲡ ⲕⲩⲩ ⲕⲔⲩⲩ ⲕ	8
ⲩⲔⲩⲡ ⲛⲩⲩⲩ ⲛⲕⲩⲛⲡⲡⲡ ⲕ	9
ⲡⲔⲕⲩⲩⲩⲩ ⲕⲡ ⲡⲔⲕⲩⲩⲟ	10
ⲛⲔⲟⲩⲕⲩⲩ ⲛⲔⲟⲩⲩⲩ ⲕⲡ	11

Quæ hebraice :

- 1 ריבם | ואהו | בנו | מר
 2 תרם | ושעבהמו | לעמרן
 3 | הקניו | שימהמו | אלמק
 4 ה | להרן | משנרן | הג | לת
 5 | וקההמו | במסאלם | בד
 6 ת | הופיהמו | אלמקה | ו
 7 צרב | שפתהמו | לבהו | כו
 8 ק | מירן | תמן | ברם | דלהב
 9 ק | בבלטתם | רצים | בהרף
 10 | עמכרב | בן | סמהכרב | ו
 11 בן | הזפרם | לתתורם | ו

Versus 1. Cum nomine voventis ריבם confer, non solum nomen proprium hominis رِبَاب, sicut Osiander et Halévy, sed etiam arcem Yemenensem رِبَاب بيت nuncupatam apud Al-Hamdānī, *Djazīrat al-ʿArab*, p. 190. Huc etiam referendum nomen רתבם pro ריבם scriptum in titulo spurio apud J. H. Mordtmann, *Zwei himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 24. — Osiander et Halévy ואהיו legerunt, addita littera yód, cujus nulla vestigia in titulo dispicis. Quod ad sensum attinet, nullum discrimen est inter scriptionem plenam ואהיו et scriptionem mancam ואהו « et fratres ejus »; cf. tituli 92 versum primum.

Versus 2. Tribus ʿAmrān, quæ suum urbi nomen imposuit, a genealogis Arabum commemoratur ʿAmrān pro ʿAmrān enuntiantibus; cf. Ibn Doraid, *Istikāf*, p. 314; Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 247.

Versus 3. שים « patronus » de deo Taʿlabo sæpius usurpatur quam de deo ʿIlmakḥāho; vide supra, p. 7 et 10.

Versus 4. Animadvertite הן | רת « propterea quod » pro crebriore הן eodem sensu adhibitum.

Versus 5 et 6. במסאלם | בדה | הופיהמו; cf. Fresnel, 54, v. 3 et 4. Alias במסאלהו cum suffixo ad deum invocatum relato semper reperitur. *Mim* hic indeterminationis signum esse censemus et « ob precationem » vertimus, quum conjunctio ברה sequens non e במסאלם, sed e verbo וקההמו pendeat.

Versus 7. Quid sibi velit צרב non plane liquet (vide supra, p. 101, quæ ad tituli 69 versum 6 adnotavimus). Halévy,

comparatis arabico صَرَف « mutatio, venditio » et hebraico תָּלַף « pro, loco » e radice hebraica mutationem ipsa indicante, צרב præpositionem esse « pro, gratia » significantem existimavit. Cui assentimur, quum inter sensus radicis arabicæ صرف Al-Firūzābādhī in *Kamūs* « acquisivit » retulerit. Præpositio צרב in tituli 74 versu 9 iterum occurrit. — Verbum שפתה (cf. tituli 29 v. 9, supra, p. 30) in titulis ʿAmrāni non rarum; cf. titulos 80, v. 7; 81, v. 2; 84, v. 2; 85, v. 4. Hebraicum שפתה huc afferendum est, quod e sensu « statuit, posuit » ad sensum « constituit alicui aliquid, dedit » extensum est. Vertimus, Josephum Halévy sequentes: « pro dono ipsorum. » — الذى به كان = רבהו | כון —

Versus 8. מירן (cf. מירם, Hal., 343, v. 2) non cum Osiandero et Halevyo « pretium », sed, collato arabico مِيرٌ, « commeatus, frumenta », designare conijcimus. Mordtmann = مائرتنا « noster commeatus præbitor », in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XLIV (1890), p. 193. Quomodo autem hic sensus cum contextu consentiat nondum demonstravit. — Quum מירן pars subiectiva verbi כון sit, ab eo pendent quæ sequuntur תמן | ברם | דלהבן « octo *barāmi* aurei ». Halévy hebraicum ברומים (Ezechiel, xxvii, 24) comparavit, quo res pretiosas, peculiariter vestes polymitas, designari inter Bibliorum interpretes convenit. Hic de mensura stata agi probabile videtur, ideoque provocamus ad conferendum *Coranum*, XLIII, 79: « أمَّ أَبْرَمُوا شَيْئًا فَإِنَّا مُبْرَمُونَ » an

stabiliverunt negotium, etenim nos stabilimus». ברם plurale internum esse singularis arabico بِرِيمِ simillimi, quo genus annulorum exprimitur ponderum vicem fortasse explentium, suspicamur. Nec te fugiat arabico بَرْمَة ollam dici. Sensus foret «frumenta (valentia) octo ollas auri», vel «octo ollas aureas», ut vertit J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Münzen*, p. 31. Quod nec commendamus, nec improbamus. Si illi significationi «ollas auri» assentieris, vocabulo בכלטהם versus sequentis marmor quo ollae conficiuntur indicari fortasse conjicies; cf. Quatremère, *Histoire des sultans mamlouks*, II, 1, p. 277-279. — Legendumne sit דההבן, ut scribi solet, an ברהבן dubitamus.

Versus 9. רצים | בכלטהם Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 76) «mit erhabenen geprägten, gangbaren (Münzen)» verterunt, collato Hal., 49, v. 3, de quo D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXIX, p. 612, antea disseruerat, ubi talmudicum et aramaicum בולט «signatum» nostro בלט æquiparaverat. Halévy vertit: «en poids juste», ad verbum «en pierres acceptables». Animadvertite autem termina-

tionem femininam in כלטהם, masculinam in רצים. Utrumque ergo appositione, non autem ut adjectivum substantivo, conjungi potest. Neque obliviscaris in Hal., 48, v. 10, ארבעי | רצים «quadraginta radii», id est, nisi erramus, «quadraginta dona», occurrere. In nostro titulo בכלטהם a רצים separandum esse censemus, quum illi sensum monetæ, quem Castelli, *Lexicon heptaglotton*, col. 362, nescimus qua auctoritate fretus, syriaco ܩܘܪܕܐ attribuit, adscribamus, hoc autem donum deo acceptum significans a verbo שפת pendeat et hebraico רצון sæpius sic adhibito assimilandum nobis videatur.

Versus 10 et 11. עמכרב; cf. titulos 8, v. 1 (supra, p. 20), et 20, v. 1 (supra, p. 32-33). — סמהכרב; vide tituli 81 v. 4, et præsertim Hal., 51, v. 20 et 21, ubi חזפרם et probabiliter עמכרב sequuntur. — חזפרם; cf. Hal., 51, v. 21, et 615, v. 17; necnon titulum 1 D. H. Muelleri, v. 7, in *Zeitschr. der deutsch. morg. Ges.*, XXIX, p. 591, 619-620. Quod nomen proprium cum radice حَضَرَ «ad pugnam se paravit» cohærere pro comperto habemus. — התורם, nomen urbis vel tribus ignotæ; cf. nomen proprium hominis הורם in tituli 77 versu primo.

Titulum, his præmissis, sic vertimus:

- 1 Riyâb, et ejus fratres, nepotes Mar-
- 2 thadi, et tribus eorum Dhû 'Amrân,
- 3 consecraverunt patrono suo ʾĪlmakḳâ-
- 4 ho Hirrânensi hunc titulum, propterea quod
- 5 exaudivit ipsos ob preceationem, in eo qu-
- 6 od tuitus est ipsos ʾĪlmakḳâh
- 7 pro munere ipsorum in quo fu-
- 8 erunt frumenta (valentia) octo barîm aure-
- 9 os in nummis bonis, munere accepto. Anno
- 10 'Amkarîbi, filii Samahkarîbi,
- 11 filii Hazfari, Tathwarensis.

74

B. M., 5; Os., 4.

(TAB. XIV.)

Tabula ænea, 0^m,46 alta, 0^m,29 lata, undique integra, etsi in summo latere sinistro paululum ita præstricta ut neque ornamenta nec titulus hoc tenui detrimento attingantur. Altero autem graviore detrimento quatuor litteræ versuum 7 et 8, illæ deorsum, hæc sursum ruptæ sunt; pars autem superstes sufficit ut rimas explere valeamus. Tria supersunt e quatuor foraminibus ad suspendendam tabulam idoneis.

In fastigio monumenti spatium arctum undique clausum cernitur, ubi inter duos flores tetragonos floribus monumenti præcedentis similes malum granatum apparet et ipsum imagini simile quam occasione tituli 73, supra, p. 108, descripsimus.

Titulum tractaverunt : E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutch. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 170-177. — FRANZ PRÆTORIUS, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 1-18. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, décembre 1874, p. 507-514; separatim excusum, p. 158-165, sub numero 32.

Hæc leguntur, restitutis restituendis in versibus 7 et 8 :

Ⲡⲉⲃⲛⲟⲩ		ⲟⲩⲛ		ⲟⲩⲩⲛⲟ		ⲩⲓⲛⲟⲩ	1
ⲩⲩⲩⲃⲛ		ⲩⲟⲩⲩ		ⲩⲟⲩⲓⲛ		ⲟⲩⲩⲟⲩ	2
ⲓⲛ		ⲟⲩⲓⲛⲟⲩⲛ		ⲟⲩⲩⲩⲟ		ⲩⲓⲩ	3
ⲟⲩⲟ		ⲟⲓⲛ		ⲩⲟⲩⲩ		ⲓⲟⲛ	4
ⲩ		ⲩⲓⲓⲟ		ⲓⲩⲃⲛ		ⲩⲩⲛ	5
ⲟⲩⲓⲛ		ⲓⲟⲛ		ⲓⲟⲩⲩⲩⲩ		ⲟⲩⲩⲩⲟⲩ	6
ⲩ		ⲩⲟⲩⲓⲛ		ⲟⲩⲩⲩⲟⲩ		ⲩⲟⲩⲩ	7
ⲩⲟⲩ		[ⲩⲟⲩⲩⲩ]		ⲟⲩⲓⲛⲟⲩⲛ		ⲩⲟⲩ	8
		ⲛⲟⲩ		ⲟⲩⲓⲛ		ⲩⲓⲓⲟ	9
ⲟⲩⲩⲛⲟ		ⲓⲟ		ⲓⲟⲩⲩⲛ		ⲓⲩⲩ	10
ⲩⲓ		ⲓⲟ		ⲓⲟⲩⲩⲩ		ⲩⲩⲛ	11
ⲓⲓⲟ		ⲟⲩⲩⲟ		ⲩⲛ		ⲟⲩⲛ	12
		ⲩⲩⲩⲩⲟ		ⲩⲟⲩⲛ		ⲓⲩⲩⲟ	13
ⲩⲟ		ⲓⲩⲃⲛ		ⲩⲛ		ⲩⲟⲩⲩⲩ	14
ⲩ		ⲩⲟⲩⲓⲛ		ⲓⲩⲩ		ⲟⲩⲩⲩⲟⲩ	15
ⲛ		ⲓⲟ		ⲓⲩⲩ		ⲟⲩⲩⲟⲩ	16
ⲩⲓⲛ		ⲩⲟ		ⲓⲩⲩⲟⲩ		ⲓⲟⲩⲩⲟⲩ	17
ⲩⲩ		ⲩⲟⲩⲓⲛⲟⲩ		ⲩⲟⲩⲩⲩ		ⲓⲩⲩ	18
ⲟⲩⲩⲩ		ⲩⲟⲩⲩⲩ		ⲩⲓⲩ		ⲩⲟⲩⲩⲟ	19
ⲓⲩⲩⲟⲩ		ⲓⲩⲩⲟⲩ		ⲓⲩⲩⲟⲩ		ⲩⲟⲩⲩ	20

Quæ hebraice :

סעדלה		ובנהו		בנו		מרתדם	1
הקניו		אלמקה		דהרן		משנרן	2
הנן		וקההמו		במסאלהו		אלמ	3
קה		בעל		אום		דערן	4
ה		בני		מרתדם		לשים	5
סררהמו		דארהקם		בעם		אלמק	6
ה		דהרן		וקההמו		אלמקה	7

- 8 הרן | במסאלהו | לי|צדקן| | קעת
 9 ם | וטיא | ושעבן | במתו | צרב |
 10 דרם | דרם | בחרפם | ול | יעתור
 11 ו | בנהו | עדי | ארהקם | ול | יד
 12 בחו | בן | משמנהן | עתתר | ושם
 13 סם | ולכחם | בהרן | וגתננן |
 14 להמת | אסררן | בן | מרתדם | פא
 15 ו | דיקהן | וב | מחרם | אלמקה | ד
 16 חרות | פל | יהופין | חג | עלם | ב
 17 הו | תעלם | סעדלה | עלם | ורא | במח
 18 רם | אלמקה | דנעמן | ואלמקה | דה
 19 רן | פצרי | המת | אסררן | דאר
 20 הקם | בן | ברדם | ובנכל | קלאתם

Versus 1. סעדלה = *سعد الله*; cf. סעדלת = *سعد اللات* in tituli 9 Musei Luparensis versu primo, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et hinyarites du Louvre*, p. 11; cf. סעדאל in tituli 29 v. 1 (supra, p. 46). — ובניהו decurtatum ex «et ejus filii»; cf. titulos 5, v. 1 (supra, p. 14); 8, v. 1 (supra, p. 20); etc.

Versus 4. Post mentionem sacrarii Awwami *Īlmaḳḳāho* voti additur אלו | רערן | id est, ni erramus, «quod est in urbe Alwo». In tituli inediti Glaseriani 105 v. 6, legitur אלו | רערן | אום | במהרמן | «in sacrario Awwamo urbis Alwi», dum in ejusdem tituli versu 16 eadem post nomen *Īlmaḳḳāhi* sequuntur quæ hic occurrunt. Vide etiam infra tituli 80 versum 9, et quæ ad hunc locum (infra, p. 126) adnotavimus.

Versus 5. לשים «ob munus», ut bene vidit Prætorius; cf. שמו «posuerunt» in tituli 1 versu 3 (supra, p. 6). — פלית, cum terminatione feminina, e radice פלי oriundum, quæ hebraico פלה in *ḵal* inaudito, sed in *nif'al* et *hiḵ'il* usitato, respondet. Sensus idem foret quem vocabulo פרע in tituli 2 versu 13 (supra, p. 10) attribuimus, scilicet «insignia, optima». Fortasse autem huc afferendum הפלן «adjudicaverunt» in tituli 11 versu 2 (supra, p. 23), et vertendum «ob munus concessionis». Inter interpretationem utramque incerti hæremus.

Versus 6. סר plurale substantivi סר «vallis»; cf. v. 19; D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morg. Ges.*,

XXXII, p. 546; et in primis Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 50-54. Qui vallium tractus ראהקם (cf. v. 10, 19 et 20) appellatur. Urbs Urhuḳ, ad provinciam Al-Baun, sicut 'Amrân, pertinens, ab Al-Hamdânî, *Djazîrat al-'Arab*, p. 111, v. 24, notatur. De Wâdi Urhuḳ, in territorio Thulæ vel Thilæ (ثُلَيْ), vide etiam A. Rutgers, *Historia Jemane sub Hasano Pascha*, p. 25. — בעם cum sequentibus hic pleonastice usurpatum videtur, sicut מַאֲת cum sequentibus in *Gen.*, xix, 24, ubi legitur: ויהוה המטיר על-סֹדֹם וְיַהֲרֹק וְעַל עֲמֹרָה וְפָרִיִת וְאֵשׁ מַאֲת יַהֲרֹה מִן-הַשָּׁמַיִם «Et Deus effudit super Sedôm et 'Amôrâh pluviam sulfuris et ignis, (ortam) e Deo a cælis». Intellige hic etiam: (quæ exauditione profecta erat) «ex *Īlmaḳḳāho* Hirrânensi». D. H. Müller, qui octo primos versus in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 31-32, in Germanorum sermonem vertit, opinatur *Īlmaḳḳāhum* Alwensem Marthadensibus concessisse ut valles suas, ipsi obnoxias, tutelæ *Īlmaḳḳāhi* Hirrânensis deinceps committerent. Ideo בעם «in potestatem» significare finxit, non vero nobis fidem fecit.

Versus 7. Post ווקההמו, comple certo אלמ|קה |.

Versus 8. Halevyum secuti, complevimus לי|צדקן|, quod e reliquiis litterarum elicimus, Osiandero ליצלמן et Prætorio ליצרין (cf. v. 19) commendantibus. De verbo צדק, vide tituli 72 versum 2, tituli 84 versum 9, tituli 104 versum 6. — קעתם = *قاعات* «terræ planæ, campi».

Versus 9. וטיא = وَطَايَا *nūnatione* caret quæ ejusmodi formæ nusquam adhæret. Nihilominus, appositionis vel adjectivi partes tenens, substantivo קעהם jungitur. Vertimus: « ut indulgeat campis depressis »; cf. D. H. Müller, *Die Nunation und die Mimation*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXII, p. 543, adn. 1. — שעבן a Josepho Halévy cum arabico شَعْبٌ « locus editus » comparatur, quasi hoc vocabulum proxime præcedenti וטיא opponatur. Cui D. H. Müller assentitur, *ibid.*, XXX, p. 675. Quum autem שעבן sensum tribus alias patefaciat, idem eodem vocabulo hic significari censemus. —

במתו = مَتَاو « in mansionibus », si Halevyo et Muellero, *loc. cit.*, confidas. Aliam viam ingressi, suspicamur sub hoc מתו nomen vici latere; cf. Al-Hamdâni, *Djazîrat al-‘Arab*, p. 101, v. 17; 125, v. 22; Yâkût, *Mu‘djam*, IV, p. 415, ubi legitur: مَتْوَةٌ مِنْ حِصُونِ بَنِي زَيْدٍ بِالْحَمِيرِ « Mathwa, inter arces Zubaidensium in Yemeno ». De tribu Yemenensi Hamdânensi Zubaid ibn Al-Ĥârith vide Ibn Doraid, *Istikâf*, p. 252; Wüstenfeld, *Register*, p. 474. — צרב « pro »; cf. quæ ad tituli 73 versum 7 adnotavimus.

Versus 10. Vis distributiva in דרם | דרם bis repetito inesse nobis videtur. Vertimus: « pro omni dono quotannis »; cf. O. M. 13 b, v. 10, et interpretationem a nostra differentem occasione illius tituli apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61. — ול consecutio est præpositionis לַמ in לַיְצַדְקִין, v. 8, cum imperfecto subjunctivo plurali יַעֲהוּרוּ = يَغْتَوِرُوا, qua octava forma Osiander (*ad locum*) « descendere in locum depressum » significari recte agnovit; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 38.

Versus 11. בנהו = مِنْهُ, hoc est ex arce Mathwo (v. 9). — עדי apud Yemenenses sensum præpositionis « intra » sæpius accepit; cf. supra, p. 10, adnotationem ad tituli 2 versum 6. Præcedente autem בן « ex », forma plenior habetur, sicut apud Hebræorum poetas, pro frequentiore עד « usque ad »; cf. Mordtmann in *Zeitschrift der deutch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 27. — ול, ut in versu 10, a במטאלהו (v. 10) iterum pendet.

Versus 12. משם משמנהו duale est substantivi משם, ex eadem radice ac vocabulum שים (v. 5), cujus plurale משימת in titulis non raro occurrit; cf. tituli 2 v. 15 et 16 (supra, p. 9); tituli 28 v. 10 (supra, p. 44), ubi alia exempla afferuntur. Quum agros arabiles hoc vocabulo designari antea conjecerimus, hic, suadentibus Prideaux (*Transactions of the Society of Biblical Archaeology*, VI, p. 313) et Mordtmanno (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65), sedem dominationis exprimi intelligentes, « in agro utroque » vertimus, hoc est in urbe utraque ipsi

obnoxia, Mathwo et Urhuko. — Donantur e proventu duorum oppidulorum deus ‘Atlitar et dea Šams.

Versus 13. Propositio nova incipit « Et sacrificium (fuit) Hirrâni », ubi templum Ĥmaḳḳâhi (v. 2) ceteris diis, sicut pantheon, patuisse credideris. Intercedit parenthesis quæ usque ad vocabulum ריקהן (v. 15) extenditur. — גחננן = الاجتنان « protectio » infinitivum definitum est; cf. Fr. Prætorium in *Zeitschrift der deutch. morgenl. Gesellschaft*, XLII, p. 56-61.

Versus 14. המת (vide etiam in v. 19), pronomen demonstrativum plurale, ut primus agnovit Halévy; conf. nunc Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61; necnon Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 64-67, quum in titulo Academiæ 11° אוֹלְרִין | המת « hi liberi » bis (v. 4 et 5) legatur. Neque obliviscaris apud Phœnices eandem formam itidem occurrere; vide titulum Esmun‘azari, v. 11 et 22, in *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, I, p. 14. — בן = مِنْ. — מרתדם « Marthad », scilicet Marthadenses. — פאו, arabice او « vel », particula *fa* addita, sensu non mutato.

Versus 15. וקהן = الذى يَفْهَنُ. Quum verbum וקהן (cf. v. 3, 4 et 5, 7) deos exaudientes plerumque designet, nihil obstat quin etiam de hominibus exaudientibus et obedientibus adhibeatur. Ut Halévy recte præsensit, de vassalis Marthadensium agitur. — וב | מחרם post parenthesin vocem בהרן (v. 13) continuat.

Versus 16. הרות, sacrarii Ĥmaḳḳâho dedicati nomen, nusquam alias reperitur; cf. arabice حَرَاة « tractus, latus », himyaritice הרתן, fortasse nomen loci apud Fresnel 11, v. 2. — A פל = ה + ל nova sententia incipit. — אַה præpositio « secundum » significans substantivum præcedit; cf. חגן (v. 3) ante verbum. — עֵלְמָ = علم « signum » hic et in versu 17 cum verbo sequente statu constructo conjungitur; eandem constructionem vide in titulis 2, v. 6; 19, v. 7; 30, v. 4.

Versus 17. בהו | העלם = تَعَلَّمَ بِهِ « quo monitus est ». — Alterum עלם repetitio prioris (v. 16). — רַאָ forma decurtata, amissa tertia littera radicali *yâ* = رَاى; cf. itidem Hal., 49, v. 10; Rehasek, 6, v. 10, in *Zeitschrift der deutch. morgenl. Gesellschaft*, XXIX, p. 615; XXX, p. 689.

Versus 18. Tertius Ĥmaḳḳâh, scilicet Na‘mânensis, commemoratur. De territorio Na‘mân dicto vide supra, p. 57-58, quæ ad tituli 37 versum 4 adnotavimus. Adde designationem tribus רַנְעִמִן in titulo 3 quem D. H. Müller in *Zeitschrift der deutch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 675, edidit.

Versus 19. Copula ה usurpatur sicut arabicum فَ post

אֵל; vide supra, p. 10 et 30. — צרי; cf. tituli 28 v. 1 (supra, p. 43).

Versus 20. בַּרְדָּם בֶּן־בְּרָדָם vertimus «a frigore», Muellerum secuti, *ibid.*, XXIX, p. 607. — Etsi linea separationis caret, vocabulum וּבְנַבֵּל, in וּבֶן et כָּל separandum, «ab omni» significat. — Quid valeat קְלֵאָתָם non ita per-

spicuum. Etsi *alif* ut tertia littera radicalis scribitur (cf. in Bibliis semel אֵלֶּף, I Samuel, xvii, 17), radicem semiticam ʾl, æthiopice **ፈለወ** *kalawa* et **ፈለየ** *kalaya*, hebraice הֵלֶּף, chaldaice אֵלֶּף «torruit, fricuit», comparandam esse et vocabulo קְלֵאָתָם in titulo nostro æstum significari censemus.

Inde patet titulum nostra sententia sic, completis complendis, esse vertendum :

- 1 *Sá'dláh et ejus filii Marthadenses*
- 2 *consecraverunt Ílmaḵḵdho Hírránensi hunc titulum,*
- 3 *quía exaudivit ipsos propter preces ad se Ílma-*
- 4 *ḵḵdáh, dominus Awwami, quod est in urbe Alw. Atqui exau-*
- 5 *divit Marthadenses ob munus rerum optimarum val-*
- 6 *lium ipsorum Dhú Urhulḵ; (quod contigit oriundum) ex Ílmaḵḵd-*
- 7 *ho Hírránensi; et exaudivit ipsos [Ílma]ḵḵdáh*
- 8 *Hírránensis propter preces ad se ut [indulge]ret campis*
- 9 *depressis et tribui in Mathw, pro*
- 10 *omni dono quotannis, et ut descende-*
- 11 *rent ex eo (loco) usque ad Urhulḵum, atque ut sacri-*
- 12 *ficarent in agro utroque 'Athtaró et So-*
- 13 *li. Et sacrificium (fuit) Hírráni, quum protectio*
- 14 *his vallibus (manaret) e Marthadensibus ve-*
- 15 *l e vassalis (eorum), et in sacrario Ílmaḵḵdhi*
- 16 *Hírwatensis. Atque utinam protegat secundum signum qu-*
- 17 *o monitus est Sá'dláh, signum quod vidit in sacra-*
- 18 *rio Ílmaḵḵdhi Na'mánensis! Et quod attinet ad Ílmaḵḵdhum Hí-*
- 19 *rránensem, liberavit has valles Dhú Ur-*
- 20 *hulḵ a frigore et ab omni aestu.*

75

B. M., 7; Os., 9.

(TAB. XIV.)

Tabula ænea, 0^m28 alta, 0^m175 lata, undique integra, quum fragmentum exiguum partis sinistrae fractum suo loco apte repositum sit. Quadrato binis lineis clauso titulus insertus est, quarum inferiori in summo monumento septem pinnas adjectas observa. In angulis quatuor foramina apparent, quorum ope tabulam suspendas licet.

Titulum tractaverunt: E. OSIANDER, *Zur hinjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutch. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 192-194. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 333-335; separatim excusum, p. 116-118,

sub numero 9. — W. F. PRIDEAUX, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archaeology*, V (1876), p. 212-213.

Hæc leguntur :

𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣𐩢𐩨𐩣𐩢 1
 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢 | 𐩢𐩢 2
 𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣 | 𐩨𐩣𐩢𐩨 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 3
 𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣 4
 𐩨 | 𐩢𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 5
 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 6
 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩢 7
 𐩢 | 𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 8
 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩨𐩣𐩢𐩨𐩣𐩢 9
 𐩢𐩢 | 𐩢𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩢 10
 𐩢𐩢𐩢𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 | 𐩢𐩧𐩢𐩨𐩣𐩢 11

Quæ hebraice :

1 הינמת | ואחיהו | ובניה
 2 מו | בנו | ארפט | הקניו
 3 אלמקה | דהרן | דן | משנ
 4 דן | חנן | וקהמו | במס
 5 אלהו | לופיהמו | ול | ס
 6 עדהמו | אתמרם | הנאם
 7 עדי | ארצהמו | ומשימ
 8 תהמו | ולדת | נעמה | ו
 9 הנעמן | לבני | ארפט |
 10 ול | סעדהמו | רצו | אמ
 11 ראהמו | בני | מרתדם

Versus 1. הינמת, nomen proprium hominis; cf. הנום obscurem in O. M. 31, v. 6, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 87 et 91; nomen proprium viri هَنَام apud Ibn Doraid, *Istikâl* (ed. Wüstenfeld), p. 210 et 328; هَنَام tribum dæmonum, auctore Al-Firûzâbâdhîo in *Kâmûs*, sub rad. ٥ ٣ ٤; nomen montis هَنْوَم apud al-Hamdânî, *Djazîrat al-‘Arab* (ed. D. H. Müller), p. 69, 72, 113, etc., cum enuntiatione Hanûm

apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 58 et 62; *Hinûm* apud Wüstenfeld, *Jemen im XI. (XVII.) Jahrhundert*, p. 94 et 127. Arabice هَيْمَة vocem submissam, occultam, quæ non intelligitur, significat.

Versus 2. ארפט, Arfaṭ, tribus Marthadensibus subdita, ut constat e versibus 10 et 11 hujus tituli, necnon e tituli 77 versu 3. Radicem רפט, in tractatibus Talmudi « laxari, dissolvi » significantem, in ceteris linguis semiticis non reperimus.

Quum cetera perluceant, jam ad vertendum titulum venimus :

- 1 *Hainamat, et ejus fratres, et filii eo-*
- 2 *rum, Arfatenses, consecraverunt*
- 3 *Ílmaḵḵáho Hirráneusi hunc titu-*
- 4 *lum, quia exaudivit ipsos propter pre-*
- 5 *ces ad se, ut servaret ipsos et conce-*
- 6 *deret ipsis fructus eximios*
- 7 *intra terram ipsorum et agros*
- 8 *ipsorum, atque quia contigit, et*
- 9 *ut contingat Arfatensibus,*
- 10 *et ut concedat ipsis favorem do-*
- 11 *minorum suorum Marthadensium.*

76

B. M., 8; Os., 12.

(TAB. XIV.)

Tabula aenea, 0^m,27 alta, 0^m,16 lata, ubi a sinistra paucissima desunt, quæ tamen titulum integrum reliquerunt. Quadrato binis lineis clauso titulus insertus est. In linea inferiore summi monumenti tres pinnas a sinistra, quatuor a dextera, duo manus demissæ, omnia secunda, altera ad alteram conversa, pollicibus paululum sublatis, separant. In quatuor angulis foramina apparent, quorum ope tabulam suspendere queas.

De titulo egerunt : E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 201-203. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 357-358; separatim excusum, p. 140-141, sub numero 21.

Hæc leguntur :

𐤇𐤋𐤃 | 𐤀𐤆𐤌 | 𐤇𐤍 | 𐤍𐤆𐤑 | 𐤏𐤍𐤌 1
 𐤌𐤍 | 𐤇𐤍 | 𐤇𐤏𐤃𐤍 | 𐤃𐤋𐤀𐤍 | 𐤑 2
 𐤍𐤍 | 𐤀𐤃𐤑𐤏𐤃𐤃 | 𐤇𐤍𐤍 | 𐤇𐤃𐤇 3
 𐤃 | 𐤇𐤍𐤌𐤑 | 𐤇𐤍𐤍𐤀 | 𐤀𐤃𐤀𐤍𐤍 4
 𐤍𐤇𐤍𐤑 | 𐤀𐤍𐤍𐤍𐤍 | 𐤀𐤃𐤇𐤑𐤏𐤀 5
 𐤍𐤀𐤍 | 𐤇𐤍𐤍𐤀 | 𐤀𐤃𐤍𐤀𐤍 | 𐤇𐤀 6
 𐤍𐤀𐤌 | 𐤇𐤍 | 𐤀𐤋𐤍𐤍 | 𐤀𐤏𐤃𐤍 | 𐤀𐤃 7
 𐤏𐤍 | 𐤀𐤃𐤋𐤌𐤀 | 𐤀𐤀 | 𐤀𐤌𐤍𐤇 | 𐤇 8
 𐤍 | 𐤑𐤀𐤏𐤀 | 𐤍𐤍𐤀𐤍 | 𐤍𐤇𐤍𐤍 | 𐤑 9
 | 𐤍𐤍𐤏𐤍 | 𐤇𐤍 | 𐤍𐤀𐤑 | 𐤀𐤃𐤍𐤏 10

Quæ hebraice :

- שמרו יכבו בן ושכם והקנ 1
 י אלמקה דהרן דן מש 2
 נדן בדת הופיהו במ 3
 סאלהו ובלת יואן ה 4
 ופינהו במסאל יסתא 5
 לן בעמהו ובלת סעד 6
 הו מהרג צדקס בן שעב 7
 נ נבשם ול ושפהו בר 8
 י אדנס ומקמס ורצי מ 9
 ראהו יתעם בן מרתדם 10

Versus 1. שמר, nomen proprium hominis, quod in tituli 80 versu 1 iterum occurrit, Šammar enuntian- dum est, ut Našwân docuit, cujus textum vide apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30. Inter reges Sabæ et Raidâni unus Šammar Yuhar'is appellatur; cf. titulum 14^m Academiæ apud Joseph et Hartwig Deren- bourg, *Études*, I, p. 80-81. — Cognomen יכב = יִכְבֵּב « gradatim progrediens » significat. — Nomen patris ושכם contra « celeriter procedentem » (arabice واشك), utpote nomen appellativum, designat. Quæ nomina contraria filii et patris fortuito, non consulto, sic dissentire nobis videntur.

Versus 4. יואן imperfectum verbi הוא; cf. tituli 3 versus 9 et 10, supra, p. 12.

Versus 5. יסתאל, imperfectum formæ quæ octavæ sermonis arabici respondet, et quam « sibi precari » ver- timus, quum substantivo præcedenti במסאל « propter preces » statu constructo jungatur.

Versus 7. מהרג צדקס; cf. מהרג צדקס in tituli 78 v. 4 et 5; O. M., 7, v. 5; et, sine præcedente מהרג, veluti in nostro titulo, in tituli 79 v. 6, et in O. M., 5, v. 6. Quod ad sensum attinet, hebraicum הָרַג « interfecit » huc afferendum, et « cædes, strages » substantivo מהרג exprimi inde concludendum; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 25. צדקס sensu adjectivo adhibitum in tituli 2 v. 15 jam occurrit (supra, p. 8-9 et 11). — מן = מִן.

Versus 8. נבשם; sic quoque in eodem contextu legitur

בן | שעבן | נכשם in tituli 78 v. 6. Halévy: « Gens spolia- trix. » Nabsûm nomen tribus esse, ut præsensit Osian- der, conijicimus; cf. etiam D. H. Müller, *Siegfried Lan- ger's Reiseberichte*, p. 13; et æquipara nomina propria ejusdem radiceis النباش apud Ibn Doraid, *Istikâl*, p. 128; نَبَيْشَة, *ibid.*, p. 189 et 288. — ושף « donare »; vide quæ ad tituli 43 v. 5, supra, p. 73, adnotavimus, et adde quæ de hac radice attulit Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, p. 308.

Versus 9. ברין אדנס; cf. tituli 28 v. 6 et 7, supra, p. 44.

Versus 10. Nomen proprium יתע, sæpius cognomen, vel pars prior nominum propriorum compositorum יתעכרב, יתעאמר, יתעאל, in hoc solo exemplo cum *mûnatione* occurrit. Nam spurium deum יתעם in spurio titulo (Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II, p. 7 et seq.; Halévy, *Études sabéennes*, p. 187-191) et hominem hujus dei servum appellatum עבדיתעם in altero titulo spurio (Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 257; Halévy, *Études sabéennes*, p. 191) scientes omittimus. Deusne יהו, ubi *wâw* pro 'ain errore lapidæ scriptum fuerit, hic sit comparandus alii statuunt; cf. titulum 9 Bibliothecæ Maximæ Pari- siensis, v. 1, apud W. F. Prideaux, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, p. 199; Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites de la Bibliothèque nationale (Cabinet des Médailles et Antiques)*, Paris, 1891, p. 20.

Itaque titulus sic vertendus esse nobis videtur :

- 1 Šammar Yakib, filius Wāšiki, consecra-
- 2 vit Īlmaḳḳāho Hirrānensi hunc ti-
- 3 tulum, quia protexit ipsum propter pre-
- 4 ces ad se, et quia perget pro-
- 5 tegere ipsum propter preces quae ut exaudiantur
- 6 precabitur ab eo, et quia largitus est ipsi
- 7 cædem eximiam tribu-
- 8 s Nabsi. Et donet ipsi plenitudi-
- 9 nem potentiæ et auctoritatis, necnon favorem do-
- 10 mini ipsius Yathā'i Marthadensis.

77

B. M., 9; Os., 11.

(TAB. XIV.)

Tabula ænea, 0^m,265 alta, 0^m,145 lata, cujus margo a sinistra et in ima dextera parte fractus, ita tamen ut nihil tituli evanuerit. E margine, qui duabus lineis parallelis constat, rima usque ad medium titulum e sinistra extenditur, nullo characteribus detrimento allato. In summo monumento quinque pinnas animadvertite, necnon quatuor foramina in angulis singulis, quorum ope tabulam suspendere queas.

Hunc titulum tractaverunt: E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 199-200. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 331-333; separatim excusum, p. 114-116, sub numero 8. — W. F. PRIDEAUX, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 211-212.

Hæc leguntur :

- | | | | | | | | |
|------|--|--------|--|------|----|-----|---|
| 𐤌𐤊𐤏 | | 𐤍𐤏𐤕𐤏𐤊𐤏 | | 𐤍𐤏𐤕𐤏 | 1 | | |
| 𐤏𐤕𐤏 | | 𐤏𐤍𐤏𐤕𐤏 | | 𐤏𐤍𐤏𐤕 | 2 | | |
| 𐤍𐤏𐤕 | | 𐤕𐤏 | | 𐤍𐤏𐤕 | | 𐤏𐤕𐤏 | 3 |
| 𐤎 | | 𐤏𐤕𐤏𐤕 | | 𐤏𐤕𐤏𐤕 | | 𐤍𐤏 | 4 |
| 𐤏𐤕𐤏𐤕 | | 𐤕𐤏𐤕𐤏 | | 𐤕𐤏 | 5 | | |
| 𐤊 | | 𐤏𐤍𐤏𐤕𐤏 | | 𐤕𐤏 | | 𐤏𐤕 | 6 |
| 𐤏𐤕𐤏 | | 𐤍𐤏𐤕𐤏 | | 𐤕𐤏𐤕 | 7 | | |
| 𐤍𐤏 | | 𐤏𐤕 | | 𐤏𐤕𐤏 | 8 | | |
| 𐤍𐤏 | | 𐤏𐤕𐤏 | | 𐤏𐤕𐤏 | 9 | | |
| 𐤍𐤏 | | 𐤏𐤕 | | 𐤏𐤕𐤏 | 10 | | |
| 𐤍𐤏𐤕𐤏 | | 𐤕𐤏 | | 𐤍𐤏 | 11 | | |

Quæ hebraice :

- 1 תורם | ואסידם | ואח
 2 יהמי | ובנהמו | בנו
 3 ארפט | אדם | בן | מרת
 4 דם | הקניו | אלמקה | ד
 5 הרן | משנרן | לופיה
 6 מו | ול | סעדהמו | א
 7 למקה | אתמרם | עדי
 8 ארצהמו | ומשימ
 9 תהמו | ורצו | אמ
 10 ראהמו | בני | מר
 11 תרם | ול | ופיהם

Versus 1. תורם; cf. nomen proprium ^{تور} apud Ibn Doraid, *Istikâk*, p. 212 et 314; Al-Hamdâni, *Djazîrat al-'Arab*, p. 88, 114; Wüstenfeld, *Register*, p. 452-453.

— אסידם = ^{أسيد}, forma deminutiva Tamîmitis peculiaris vocabuli ^{أسود} «niger», quæ arabice etiam ut nomen proprium usurpatur; cf. Ibn Doraid, *Istikâk*, p. 123, 127; Wüstenfeld, *Register*, p. 363-364. Non autem infitiamur, si quis contendat nomen proprium אסידם cum ^{أسيد} «leænæ catulus» fortasse potius congruere; cf. Wüstenfeld, *ibid.*, p. 364.

Versus 2. בנהמו forma pluralis decurtata pro בניהמו; cf. itidem titulos 5, v. 1 (supra, p. 14); 8, v. 1 (supra, p. 20); etc.

Versus 3. ארפט nomen tribus; cf. tituli 75 versus 2 et 9. — בן, forma decurtata pluralis בני; cf. versus 2 et tituli 80 v. 5.

Versus 11. Animadvertite *wâwum* sub fine suffixi pluralis omissum, etsi lapicida loco non caruit, et vide itidem מקברהם pro מקברהמו in tituli 20 medio versu 2; שעבהמו pro שעבהם in tituli 102 medio versu 8.

Quum omnia liqueant, titulum sic vertimus :

- 1 *Thaur et Usayyid, et frat-*
 2 *es utriusque, et filii eorum, nepotes*
 3 *Arfa'i, vassali Marth-*
 4 *densium, consecraverunt Îlmaklâho*
 5 *Hîrrânensi hunc titulum, ut protegeret ip-*
 6 *sos et ut largiretur ipsis Î-*
 7 *lmaklâh fructus intra*
 8 *terram ipsorum et agros*
 9 *ipsorum et favorem do-*
 10 *minorum ipsorum Mar-*
 11 *thadensium, et ut protegeret eos (Marthadenses).*

78

B. M., 10; Os., 6.

(TAB. XIV.)

Tabula ænea, 0^m,25 alta, 0^m,135 lata, cujus margo duabus lineis parallelis constans a sinistra paululum fractus est, sine tamen ulla litterarum jactura. Rima usque ad summum monumentum flexuose extenditur, servatis omnibus fragmentis. In summo decem pinnæ inter se quadrantes apparent, necnon in quatuor angulis quatuor foramina, quorum ope tabulam suspendere licet.

De hoc titulo egerunt : E. OSIANDER, *Zur hinjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 179-184. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 356-357; separatim excusum, p. 139-140, sub numero 20.

Hæc leguntur :

פ		ח	פ		ע	ר	ח		ע	ע	ח	ח	1		
ח	פ	פ		ח	ח	פ	ח	ח		ח	8	0	0	∞	2
ח	ע		ח	ל	פ	ח		פ	פ	ע	ר	ח		פ	3
פ		∞	פ	ח	0	ח		ח	ח	פ		ח	ח	ח	4
פ		ע	ח	ח		ל	ל	פ	ע		ל	ל	5		
	1	∞		ע	ח	פ	ח		ח	פ	0	∞		ח	6
ח		ח	0	ח		פ	פ	ע	ר	ח		ח	∞	7	
∞		ע	ח	ח		פ	ל	פ		ע	ע	ח	8		
∞		ח	ע	0	ח		ח	∞		ע	ע	ע	9		
ח	ח	פ	ח	ח		פ	ח	פ		ח	0	ח	ח	10	

Quæ hebraice :

א	נ	מ	ר	ם		א	ט	ל	ם		ב	ן		ה	1
ו	פ	ע	ת		ל	נ	ח	ס	ן		ה	ק	נ	2	
י		א	ל	מ	ק	ה		ל	ה	ר	ן		מ	ש	3
נ	ר	ן		ב	ד	ת		ס	ע	ד	ה		ה	4	
ר	ג		מ	ה	ר	ג		צ	ד	ק	ם		ב	5	
ן		ש	ע	ב	ן		נ	ב	ש		ו	ל		6	
ו	ז		א	ל	מ	ק		ס	ע	ד		א	7		
נ	מ	ר	ם		ב	ר		א	ל	נ	ם		ו	8	
מ	ק	מ		ו	ד	ת		נ	ע	מ	ת		ו	9	
ת	נ	ע	מ	ן		ל	ב	נ		ל	נ	ח	ס	ן	10

Versus 1. אַנמַר, nomen proprium hominis, quod in tituli 82 versibus 1, 6, 9, 11 et 12, atque apud Hal. 412 = Glaser 309, nunc 85 Musei Britannici, v. 1 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions; the Glaser Collection*, p. 21) occurrit; cf. ذُو أَمْرٍ Dhû Anmar in Našwâni poemate himyaritico, v. 118, apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 49 et 55; أَمْرٍ Anmâr apud Ibn Doraid, *Istiklâk*, p. 125, 167, 302; Wüstenfeld, *Register*, p. 83. — Cognomen אַזְלַם = أَظْلَمٌ «injustissimus» mirum in titulo 104, v. 1 (infra, p. 170), iterum exstat, necnon in v. 1 tituli in Museo Britannico sub numero 99 servati, quem D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II, p. 2, edidit. Huc referenda ظَلِيمٌ Thulaim, locus Yemenensis, et rex Himyari ذُو ظَلِيمٍ Dhû

Thulaim (Yâkût, *Mu'djam*, III, p. 581); nomina propria hominum ظَلِيمٌ Thulaim et ظَالِمٌ Thâlim, apud Ibn Doraid, *Istiklâk*, p. 119, 134, 160, 171; Wüstenfeld, *Register*, p. 153 et 156; ظَلِيمَةُ Thulaima, locus Hamdânensis; cf. Al-Hamdâni, *Djazîrat al-'Arab*, p. 113 et 202.

Versus 2. הוּפַעַתָּה; cf. titulos 1, v. 2 (supra, p. 6); 37, v. 4 (supra, p. 55-60); 43, v. 1 (supra, p. 72). — נַחֲסַן nomen tribus, sicut e versu 10 liquet. Animadvertite radices פַּלַּח et חַסַּח eodem fere sensu obscuritatis ab Arabibus adhiberi.

Versus 5. צַדְקָם | מַהְרָג | הַהַרְגָּה; cf. tituli 76 v. 7.

Versus 6. De tribu Nabs vide tituli 76 v. 8.

Versus 9. וְהָהַרְגָּה conjunctionem וְהָהַרְגָּה in v. 4 continuat, quum longa parenthesis interposita fuerit.

Titulum, quum cetera perspicua nobis videantur, sic vertimus :

- 1 Anmar Athlam, filius Ha-
- 2 uf'athati Dhû-Nahsensis, consecra-
- 3 vit Îlmaklâho Hirrânensi ti-
- 4 tulum hunc, quia concessit ipsi cæ-
- 5 dere cædem eximiam
- 6 tribus Nabsi (et
- 7 pergat Îlmaklâh concedere A-
- 8 nmaro plenitudinem potentie et
- 9 auctoritatis), et quia contigit, et
- 10 ut contingat Dhû-Nahsensis.

79

B. M., 11; Os., 8.

(TAB. XV.)

Tabula ænea, 0^m,31 alta, 0^m,17 lata, undique integra quod ad titulum attinet, sed ex parte superiore marginis a sinistra hoc modo fracta ut pars marginis sinistræ abscissa fuerit. In margine superiore utraque manus ter cum demissis digitis repræsentatur, pollicibus paululum sublatis et ita altero ad alterum conversis ut tria paria efficiantur. Duæ manus sic quoque in fragmento nunc deficiente conjungebantur. Infra, ubi titulus incipere solet, tres manus similiter positæ apparent, quarum duabus e sinistra par constat, tertia ad dexteram tendente, quum tres manus aliæ deficient, quarum prima ad sinistram vergente tertia lateris alterius complebatur, binis ceteris concinne distributis. In medio inter triadem manuum quamque duo ornamenta supersunt quæ scalarum speciem præbere nobis videntur. Animadvertite in imo monumenti margine tres characteres, quibus lapicida egebat ut versum ultimum absolveret. Tria foramina in tribus angulis residuis aperta sunt. quorum ope tabulam suspendere queas.

De hoc titulo egerunt : E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 188-192. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 358-360; separatim excusum, p. 141-143, sub numero 22.

Hæc certo leguntur :

פּוֹפּוּ	דּוֹלָפּוּ	יָפּוּ	פּוֹפּוּ	פּוֹפּוּ	1
פּוֹפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	2
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	3
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	4
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	5
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	6
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	7
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	8
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	9
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	10
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	11
יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	יָפּוּ	12
	דּוֹלָפּוּ				13

Quæ hebraice :

רַבִּים	יָאִים	בֶּן	אֶחָרָף	הַקְּנִי	1
אֶלְמָקָה	לְהַרְןָּ	לְזָן	מִשְׁנָרְןָּ	לְקַב	2
ל	דָּת	סָאֵלְהוּ	אֶלְמָקָה	בְּמַסָּאֵל	3
הוּ	וּלְקַבֵּל	לְהוּפִיְהוּ	בַּחֲצָרְהוּ		4
דְּמַעֲלָצָן	וּלְקַבֵּל	לְסַעֲדָהוּ	אֶלְמַק		5
ה	מֵהַרְגָּת	וְאֶחָלָל	וְאֶסְבִּי	צֶדֶק	6
ס	כָּבֵל	אֶבְרָת	שׁוּעַ	מֵרֵאֵהֶמוּ	7
רַע	בֶּן	מֵרֵתְדָם	וּלְקַבֵּל	לְפָרְק	8
דְּהוּ	רַבִּים	בְּתַקְדָּם	קָדָם	כַּעַם	9
רַבָּן	בְּחֵלְף	מִנְהָתָם	וּלְ	סַעֲדָהוּ	10
צוּ	מֵרֵאֵהוּ	יַפְרַע	וּבְרִי	אֶלְנָם	11
קָמָם	וּלְדָת	נַעֲמָת	וּתְנַעֲמָן	לְבִנֵי	12
	חָרָף				13

Versus 1. רַבִּים nomen proprium hominis, servum significans, id est servum dei cuiusdam omissi, ut sæpe fit in nominibus theophoris semiticis; cf. quæ occasione tituli 43 v. 1, de nomine proprio hominis רַבִּבִּי שְׂמָסָם, id est

«servo Šamsi», supra, p. 72, disseruimus. Nomen רַבִּבִּי in tituli Glaseriani v. 1 etiam occurrit, quem D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II, p. 2, edidit. — יָאִים cognomen in titulis 59;

69, v. 2, jam notatum; cf. supra, p. 88 et 99. — אֲחֵרָה (cf. v. 12 et 13) nomen hominis vel tribus; cf., auctore Osiandero, *بنو الحارث* apud Ibn Doraïd, *Istiklâk*, p. 265, de quibus Khârifensibus vide etiam Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, v. 23, in descriptione provinciae Al-Baun (supra, p. 103). Inter provincias Yemeni Al-Bakrî (*Muʿdjam*, p. 312 et 614) provinciam Hamdânensem *مخلاف الحارث* dictam bis commemorat, quæ huc etiam afferenda nobis videtur. Nomen loci *أخرف*, in hac eadem regione, vide apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 69, 72, 113, 188.

Versus 2 et 3. *לה לקבל* conjunctio composita, quæ in tituli 82 versu 3 iterum occurrit; cf. brevius *לה לקבל* in nostri tituli versibus 4, 5, 8, et præpositionem *לה לקבלי* in tituli 87 v. 5. Osiander chaldaicum *לה לקבל* (Ezra, vi, 13) «quia» jure comparavit. — Osiandero non minus assentimur, quum *סאל* non primæ, sed secundæ verbi arabici *سأل* formæ æquiparat, eo sensu, quo Arabes quartam formam ejusdem verbi usurpare solent, id est «concessit petitum». Cf., ni fallimur, *דהסאל* «qui concessit» apud Hal. 345, v. 5.

Versus 4. *בכחצהרו*; cf. itidem in eodem contextu tituli 82 versum 4. Sensus est arabici *حَضْر* «locus habitatus, habitaculum». Ab Arabibus incolæ urbium *أهل الحضر* appellantur; vide Freytag, *Einleitung in das Studium der arabischen Sprache*, p. 2.

Versus 5. *למעלצן*. Halévy: «tempore inopiæ» hic et in titulorum 82 v. 4 et 93 v. 2. Quod nobis minime placet. Opinionem Osiandero potius sequimur, qui Maʿl-sân in tribus titulis nomen loci esse contendit. Etenim J. H. Mordtmann (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 8) nomen urbis *Μαλασάνη* ab Uranio apud Stephanum Byzantinum commemoratæ nostro Maʿl-sân recte assimilavit. Cf. etiam *وادي غلصان* apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 77 et 190.

Versus 6. *מהרגה* plurale substantivi *מהרג*, de quo cf. titulorum 76 v. 7 et 78 v. 5. *מהרגה*, simul ac duo substantiva sequentia, statu constructo cum *צדקם* conjungitur. De hac constructione linguae himyariticæ peculiari vide supra, p. 57 et 66. — *אחלל* plurale est singularis nondum reperti, quod «bona, facultates» significare Mordtmann et Müller nos docuerunt; vide utriusque *Sabäische Denkmäler*, p. 62. — Non dubium tertio substantivo *אסכבי* captivos exprimi; cf. singulare *סכבי* in titulo Rehatsek 6, v. 13. Perinde ac in nostro titulo, sed sine *אחלל*, legitur in titulo 129 Glaseri inedito, v. 3 et 4, *מהרגת | ואסכבי | צדקם*.

Versus 7. Osiander et Halévy *אברה* plurale vocis *ברה* esse affirmant et arabicum *بَرَكَة*, pl. *أَبْرَاطَة* «terra plana et mollis» comparant. Quod nobis verisimillimum videtur, quum de campis præliorum agi censeamus. — *שוע* «clientes, asseclæ», auctoribus Osiandero et Halévyo. Perfectum verbi *שוע* «auxiliari», cui *אברה* statu constructo conjungitur, cum contextu melius congruere persuasum habemus; cf. infinitivum cum *nûnatione* *שוען* in tituli 2 v. 11 (supra, p. 8-10); cognomen *יהשע* in tituli 1 v. 2 (supra, p. 6), et quæ ad illum locum adnotavimus. — *יפרע*; cf. formam pleniorum *יהפרע* in titulis 36; 72, v. 4, supra, p. 54 et 107.

Versus 8. *פרק* cum eadem radice, quemadmodum hebraice et aramaice usurpatur, sensu magis concinit quam cum arabico *فرق*. Osianderum et Halévyum secuti, «liberavit» vertimus.

Versus 9. *קדם* ad verbum «in progressu qui progressus est», hoc est in impetu qui prorupit, quum *קדם* primæ verbi arabici formæ æquiparemus, non autem secundæ, *قَدَّمَ*, ut suaserunt Müller et Mordtmann, *Sabäische Denkmäler*, p. 36. Vertimus quasi in arabico sermone legatur: *بنتقدّم قدام من عند العرب*.

Versus 10. Qui sint *ערבן* impetum facientes ambigitur. Halévy, postquam Arabas genere toto primum agnoverat, deinde conjecit Arabanitas Plinii hoc vocabulo designari. Frustra vero Arabanitas in Plinii *Historia naturali* quæsitivimus. *Ἀραβανίται* in Ptolemæi Geographia occurrunt, quos Sprenger (*Die alte Geographie Arabiens*, p. 304-305) Arhābitis assimilavit. In titulis autem Arhāb non *ערב*, sed *ארהב* appellatus foret; cf. unicum exemplum, etsi mutilum et ideo dubium, in titulo 14^o Academiae, v. 10, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76-78 et 82. Ab his populus *ערב* «Arabes» in titulis Yemenensibus dictus omnino sejungendus. Neque enim nomen Arabum in nostro tantummodo titulo obvium habuimus, sed etiam Hal. 48, v. 7; 232, v. 2 (plurale *אערב*); 362, v. 1; 413, v. 2; 414, v. 2; 419, v. 5; 526, v. 2; 599, v. 5 (*ערבן*, sicut in nostro titulo); 601, v. 4, etsi interpretatio non in omnibus his locis plane liquet; Rehatsek 6, v. 8; et in titulo Academiae 14^o, v. 5 et 10 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76-78), ubi collectivum *ערב* et plurale *אערב* simul occurrunt. In titulo Rehatseki 6^o, v. 7 et 8, jam citato, legitur: *שעבן | סבא | וערבן*: «tribus Saba' et Arabes», ita ut Arabes Saba'ensibus opponantur. Sic etiam in titulo Academiae 14^o, v. 10, inscriptum est *ערב | מרב* «Arabes Ma'ribi», ita ut Arabas quosdam in capite regni Sabæ vixisse constet. Nomina propria hominum *ערבשמסם* in tituli 40 v. 1 (supra,

p. 64-65) et brevius ערבם in tituli primi Bibliothecæ Maximæ Parisiensis versu 1 consulto præterimus, quum non de Arabibus, sed de occasu Solis in utroque agatur. Hunc titulum, quem a nostro sodali Carolo Schiefer Bibliothecæ Maximæ Parisiensi anno 1876 munifice oblatum esse (supra, p. 1) commemoravimus, vide nunc editum et in francogallicum sermonem versum apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et hînyarites de la Bibliothèque nationale (Cabinet des Médailles et Antiques)*, p. 10. His præmissis, concludimus nomine Arabum incolas Arabiæ septentrionalis præcipue designari, eosque hoc nomen servavisse, quum, sedibus in Yemenum translatis, in Arabia meridionali degerent. Analogia vide apud Eduardum Glaser in libro suo eximio et nova plurima afferente *Skizze der Geschichte und Geographie Arabiens*, II (Berlin, 1890), p. 315. Veteris Testamenti locis, ubi Arabum mentio fit, hæc opinio confirmatur,

excepto tamen uno loco (2 *Chr.* XXI, 16), ubi meridionalis Arabiæ incolæ sunt intelligendi. Nihil autem obstat quin ibi, sicut in titulis suspicamur, Arabum gentes designentur, quæ illuc migraverint et coloniam constituerint, quam Paralipomena confinem esse Koušitis, id est Æthiopibus, affirmant. — הַלֵּף hic non præpositionem esse, sed substantivum arabico مَلَف æquiparandum, contendimus, quo provinciæ Yemeni apud Arabas appellantur; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 25-30, peculiariter p. 26-27, ubi de nostro loco agitur. — מְנַהֲתִים. Iis quæ de arce et provincia Manahât, necnon de Manahâtensibus olim attulimus adde nunc titulos Glaseri 282, v. 1 et 2; 283, v. 3; 298, v. 4; 343, v. 2, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions; The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 168-169; 170-171; 196; 204; separatim excusum, p. 2-3; 4-5; 16; 24.

Ideo sic vertimus :

- 1 *Rabîb Ya'zim Akhrāfensis consecravît*
- 2 *Îlmakḳâho Hirrânensi hunc titulum propter-*
- 3 *ea quod exaudivit ipsum Îlmakḳâh propter preces*
- 4 *ad se, et propterea quod protexit ipsum in habitaculo ipsius*
- 5 *Dhû Ma'lsân, et propterea quod concessit ipsi Îlmakḳâ-*
- 6 *h cædes atque facultates captivosque eximi-*
- 7 *os in omnibus præliis ubi auxiliatus est domino eorum Yuf-*
- 8 *rî Marthadensi, et propterea quod liberavit ser-*
- 9 *vum suum Rabîbum in impetu qui prorupit ex A-*
- 10 *rabibus in provincia Manahât, et quia concessit ipsi fa-*
- 11 *vorem domini ipsius Yuf-rî et plenitudinem potentie et auc-*
- 12 *toritatis, et quia contigit, et ut contingat nepotibus A-*
- 13 *khrafi.*

80

B. M., 12; Os., 13.

(TAB. XV.)

Tabula ænea, 0^m,31 alta, 0^m,18 lata, in duas partes inæquales divisa, quarum altera cum altera non apte cohæret. Credas fragmentum interpositum desiderari; quod reipsa textu tituli confirmari nobis videtur. Rima e sinistra usque ad duos primos partis inferioris versus superstites ita extenditur ut prioris versus litteræ ultimæ evanuerint, Cetera intacta manserunt. Margo duabus lineis parallelis constat; in summo octo pinnæ apparent, necnon in quatuor angulis quatuor foramina, quorum ope tabulam suspendere licet. Sub line tituli ornamentum rotundum eo consilio additum est ut versus ultimus brevior completeretur.

De hoc titulo egerunt: E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 203-207. — Fr. PRÆTORIUS, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 36-41. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 351-353; separatim excusum, p. 134-136, sub numero 18.

Osiander, Prætorius et Halévy, quippe qui titulum integrum esse censerent, hæc legerunt :

𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 1
 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇 2
 | 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 3
 𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 4
 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 5
 𐤏𐤇𐤏𐤇 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 6
 𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 7
 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 8
 . . . 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 9
 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 10
 𐤏𐤇𐤏𐤏 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇𐤏 | 𐤏𐤇𐤏𐤏 11
 𐤏 | 𐤏𐤇𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏 | 𐤏𐤏𐤏𐤏𐤏 12
 * | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇 | 𐤏𐤇𐤏𐤏𐤏 | 𐤏 13

Quæ hebraicis litteris :

שמר | בן | קרינם | אלקמה | דה 1
 רן | משנדרן | חגן | וקההו | אלקמה | 2
 בעל | אום | במסאלהו | בכן | תסאל | 3
 בעמהו | שמר | בער | חדת | חדת | חב 4
 בית | בן | קרינם | ובלת | מתע | עבדה 5
 ו | שמר | בן | הית | חדת | ואלמקה 6
 פשפת | שמר | במסאלהו | צריתם | ול 7
 אחררהמו | ואחררהמו | ואדיב 8
 עדי | אום | דערן | דאלו | תורם . . . 9
 כלם | בכן | יפקלן | ארבעי | אקדרם 10
 וכנה | ללעל | וכון | דן | מסאלן 11
 וצריתן | בחרף | ורדאל | ו ב 12
 * | יקהמלך | וכבר | הללן | 13

Versus 1. שמר, nomen hominis; vide quæ ad tituli 76 v. 1 adnotavimus, supra, p. 117. — קרינם nomen hominis vel tribus (cf. v. 5), quod sine *mîmatione* in tituli 9 Musei Luparensis versu primo ut cognomen adhibitum est (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 11), ne de titulo probabiliter spurio loquamur, ubi קרינם bis repetitum ut nomen defuncti et ejus avi occurrit; cf. Fr. Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres* (1867), p. 260-261; J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 192. Osiander قرينى بن سلى apud Ibn Draid, *Istikâl*, p. 209, jure comparavit.

Versus 3. תסאל, perfectum habemus formæ quæ quintæ arabici sermonis respondet, a conjunctione præcedente בנן «quum» pendens. Sensus esse videtur: «quum petiit sibi».

Versus 4. Utrum בעד, manifeste præpositio, «post», ut arabicum بَعَدَ, an «propter», ut בְּעַד in aliquot Veteris Testamenti locis pro usitatore בְּעֵבֹר, ambigitur. Utrique ad sensum analogum pervenitur. Hanc interpretandi viam Osiander jam munivit, quem Halévy secutus est, postquam, collato بَعَدَ infinitivo verbi بَعَدَ, «removere» verterat. Quod repellendum esset, quum arabice بَعَدَ, يَبْعُدُ, بَعْدَ dicatur, cui significatio intransitiva «distitit» assignatur, secunda forma transitive adhibita. — בעד | חדתת | חדתה = بَعَدَ | حَدَاتَاتٍ | حَدَاتٍ «post (vel propter) casus qui acciderunt».

Versus 5. בן forma decurtata pluralis; cf. בני בן | בן | מרתהס «Martheadenses» in titulorum 77 v. 3 et 4; 86 v. 1 et 2. — מתע = متع «superstitem servavit», ut recte interpretatus est Osiander; cf. tituli 26 v. 3, supra, p. 40.

Versus 6. היתה, pronomen demonstrativum femininum singulare cum determinato plurali חדתה, more arabico conjunctum esse constat; cf. Halévy, *Études sabéennes*, p. 238; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61; D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 31; necnon tituli 40 v. 3 et 4, supra, p. 66.

Versus 7. שפת «ornavit muneribus, largitus est»; cf. tituli 19 v. 9, supra, p. 30. — צריהם «salus, incolumitas»; cf. titulorum 28 v. 1; 74 v. 3, et exempla a D. H. Muellero allata in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXIX, p. 596.

Versus 8. לאחררהמו | ואחררהמו, Osianderum et Halévyum secuti, «hominibus liberis et feminis liberis eorum» interpretamur. Cf. analogam in nostro tituli 69 commentario, supra, p. 100. — אריב. Ad enucleandum hoc vocabulum ab eadem radice atque Halévy profecti, ab eo in conclusione dissidemus. Etenim, comparato دَابَّ «la-

boravit in opere faciendo», inde אריב, in plurali אריב, opificem primum, deinde servum significare opinamur. Similiter arabice قَيْمِي non solum fabrum et omnis generis opificem, sed etiam servum et mancipium, himyaritice famulum vel servum, semper designat; vide locos quos J. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsc. morg. Ges.*, XXX, p. 32, conguessit. Si hunc sensum vocabulo אריב tribuendum et vocibus אהרר et אריב contraria contrariis opposita esse concedes, adduceres ut versum deficientem sic, ni fallimur, restituas :

המו | ואריבתהמו | ושמר | פוקה

«et servis ancillisque eorum. Šammar vero legavit» vel «obtulit». Formam אריבתהמו formæ אחררהמו persimilem finximus. Quod ad finem versus atinet, ea inseruimus quibus et numerus characterum compleretur, et versus nonus illustraretur. Fortasse, pro פוקה «legavit, obtulit», sicut in tituli 81 v. 2, ubi itidem תורם sequitur, legendum est פדבה «sacrificavit».

Versus 9. אום | דערן | אלו; cf. אום | דערן | אלו in tituli 74 v. 4, supra, p. 112. Al-Bakri, *Mudjam*, p. 96, vallem Yemenensem Alwa (الوَة) commemorat. Utrum nostro אלו sit assimilanda annon ambiguum. — תורם «taurus»; cf. titulos 26, v. 6, supra, p. 39-40; 81, v. 2. Halévy: «terra», collato arabico شور «acquisitio», quod nobis minime placet. Sub fine versus nihil in imagine nostra ex monumento ipso solis luce expressa apparet. Nūn quod in operis *Inscriptions in the Himyaritic Character* tabula lithographica vni^a super parvulum fragmentum apparet, fortasse hic suo loco collocatum est, nisi e versu præcedente ceterum amisso superfuisset.

Versus 10. Auctore Osiandero, legimus [מין] כלם, collato מוכלן in tituli 81 v. 6. מוכלם = موكل «commendatus» adjectivum substantivi תורם a verbo וקה pendens. Vertimus: «Šammar vero obtulit. . . . taurum electum», quum taurus ideo commendatus fuerit ut egregia hostia litaretur. — בנן «idecirco ut», cum imperfecto יפקלן, cujus pars subjectiva «urbs Alw» in versu præcedente quærenda nobis videtur. Verbum פקל «fruges fundere» in nostro tantummodo titulo reperitur, dum substantivi pluralis exempla אפקל «fruges» non rara sunt; cf. titulos 2, v. 15; 86, v. 7; Hal. 128; O. M. 6, v. 11; 8, v. 8; 12, v. 4; etc. — ארבעי «quadraginta», sequente plurali אקרהם «mensuræ», quod a legibus grammaticæ semiticæ recedit; cf. tamen itidem in titulo Os. 31 = B. M. 32, v. 2 et 3, אצלמן | ועשרנהן | ארבעתן «viginti quatuor statuæ», et simillime in Vetere Testamento (*Gen.*, xxvi, 12) כַּאֲרֵיב מְשׁוּרֵים «centum mensuræ».

Versus 11. ובנה | ללעל. Sensus non dubius, construc-

tio vero non liquet. Vertimus : « et plus etiam his ». בנה = منها. Quod ad לעל attinet, provocamus ad comparandum æthiopicum በላላ *balâ'lä* « supra, desuper », præpositione ל in nostro vocabulo præpositionis ba æthiopicæ partes tenente. Cf. himyariticum לעל in Hal. 199, v. 1; aramaica ܠܥܝܠ, ܠܥܝܠܐ, ܠܥܝܠܐܢܐ, necnon hebraica ܠܥܝܠܐ, et in primis ער ܠܥܝܠܐ.

Versus 12. ורדאל nomen proprium eponymi compositum; cf. Hal. 44, v. 1; 48, v. 9; 187, v. 1; 188, v. 4; 416, v. 1; etc.; titulum 16 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 1, apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments*

sabéens et himyarites de la Bibliothèque nationale (Cabinet des Médailles et Antiques), p. 26.

Versus 13. יקהמלך nomen proprium hominis, quod fortasse in Hal. 380, v. 1, iterum occurrit. — כבר | חלל. Animadvertite hæc duo vocabula, si nomina aut adjectiva sunt, et mîmatione et nûnatione carere; idem mirare in ceteris exemplis Hal. 51, v. 19, et titulo Academiæ 5°, v. 5, de quo vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 47-50. Epitheton, quasi cognomen Wadadili vel Yaḥmahaliki, utroque vocabulo conjuncte exprimi opinamur; cf. עלי וכבר, addita copula ו, in titulo 3° Academiæ apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *ibid.*, 1, p. 43-44.

Quæ quum ita sint, restitutis quæ restituenda esse coniecimus, titulum sic legimus et vertimus :

- | | |
|-------|--------------------------------------|
| 1 | שמר בן קרינס הקני אלמקה דה |
| 2 | רן משנרן חגן וקההו אלמקה |
| 3 | בעל אוס במסאלהו בכך תסאל |
| 4 | בעמהו שמר בעד חדהת חדהת ב |
| 5 | בית בן קרינס ובלת מתע עבדה |
| 6 | ו שמר בן הית חדהת ואלמקה |
| 7 | פשפת שמר במסאלהו צריתס ל |
| 8 | אהררהמו ואחררהמו ואדיב |
| 8 bis | [המו ואדיבתהמו ושמר פוקף] |
| 9 | עדי אוס דערן דאלו תורס מו] |
| 10 | כלס בכך יפקלן ארבעי אקדרס |
| 11 | ובנה ללעל ובון דן מסאלן |
| 12 | וצריתן כחרף ורדאל ב |
| 13 | ן יקהמלך כבר חלל |


1 *Šammar Kīryanensis consecravit Īlmaqḳāho Hirrānensi hunc titulum, quia exaudivit ipsum Īlmaqḳāh,*
 2 *dominus Awwami, propter preces ad eum, quum sibi precatus est*
 3 *ab eo Šammar ob accidentia quæ acciderunt in*
 4 *castello Kīryanensium, et quod liberavit servum su-*
 5 *um Šammar ab his accidentibus. Et quoad Īlmaqḳāh,*
 6 *largitus est Šammaro, ob preces ad se, liberationem*
 7 *hominibus liberis et feminis liberis eorum, et servis*
 8 *homīnisque eorum. Šammar vero obtulit*
 8 bis *[ancillisque eorum. Šammar vero obtulit]*
 9 *intra Awwamum, quod est in urbe Alw, taurum [e-*

- 10 lectum, ut funderet (Alv) frugum quadraginta mensuras
 11 et plus etiam his. Et fuerunt hæ preces
 12 et hæc liberatio in anno Wadaḏ'ili, fi-
 13 lii Yaḳahmaliki, nobilis, dilecti.

81

B. M., 13; Os., 10.

(TAB. XV.)

Tabula ænea, 0^m,265 alta, 0^m,17 lata, undique integra, duabus lineis parallelis circumdata, quarum inferiori in summo monumento quatuor pinnæ subjectæ sunt. In quatuor angulis foramina rotunda aperta sunt quorum ope tabulam, si lubet, suspendere queas. Sub fine tituli, ut versus undecimus completeretur, additum est ornamentum , quod nihil significare videtur.

Titulum tractaverunt: E. OSIANDER, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 194-199. — FR. PRÆTORIUS, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1873), p. 7-15. — J. HALÉVY, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 354-356; separatim excusum, p. 137-139, sub numero 19. — D. H. MÜLLER, *Himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXIX (1876), p. 605-609.

Hæc perspicue leguntur :

ԿՓՄԴԻ | ԳԿԿԿ | ՄԻԳԿ | ԿՈ | ՄԻՄՃԻՈ 1
 ՓՓ∞∞ | ∞ԿΧՓՃԻ | ԿԿԿՃ | ԿԿԿԻ 2
 ∞∞ | ԿՈ | ∞ՄԿΧՄ | ԿԻՈ | Մ∞∞ | ∞ԿԴ 3
 ՈՂԿԿԿ | ՓՂԿՈ | ԿՈՂԿՈ | Կ∞ԿԻ | Կ 4
 ՂԿԿԿ∞ | ՄԿԹՓ | ԿՈ | ՈՂԿՈՈՈ | ԿՈ 5
 ԿԳԴՈՈ | ՂԿԿ∞ | ԿԴԿ∞ | ԿԳՓ∞Կ | ∞ 6
 ԿԴԴԿԿ∞ | ∞ՄԿԿԳ | ԿԿԿՓԳ | ∞Մ 7
 Կ∞ | ԿԿԿ | Գ∞ | ԿԿԿՃ∞ | ∞ՄԿԿԿ 8
 ∞ՄԿԿԿ | 1∞ | ՄԿԿԿ | ԿՓՄԴԿԴ | ՈՃ 9
 ԳՈ∞ | ՄՂԿԿ | ՄԿԴ∞∞ | ՄՂԿԿ 10
 | ՄԿՃՄ | ԳԿՈ | ∞ՄԿԿՂԿ 11

Quæ hebraicis litteris :

עבדשמסס|בן|חיטם|הקנין|אלמקה 1
 להרן | משנרן | דשפתהו | ווקף 2
 להו | תורם | בכך | מתעהמו | בן | עו 3
 ס | לכוך | בארצן | באחרף | סמהכרב 4
 בן | תבעכרב | בן | פצחם | והאהר 5
 ו | הופין | מוכלן | ונכר | בעליה 6

- 7 מו | דיפתחן | ביתהמו | ויהדללן
8 קניהמו | ומשחכן | עדי | צנקן | וה
9 תב | לאלמקה | ותאמנס | ול | סעדהמו
10 אתמרם | ואולדם | אלכרם | ורצי
11 אמראהמו | בני | מרתרם |

Versus 1. עבדשמסם = عبد شمس; cf. סערשמסם in titulis 3, v. 1; 9; in titulo 8^o Academiae, apud nos 102, v. 2; ערבשמסם in titulo 40, v. 1; necnon רכב | שמסם in titulo 43, v. 1, et quæ ad hunc locum adnotavimus, supra, p. 72. — היטם nomen proprium hominis inauditum; cf. nomen proprium iisdem litteris constans, ordine inverso, חטין, in titulo 23, supra, p. 36.

Versus 2. דשפתהו; cf. itidem tituli 84 v. 2; 85 v. 2. — וקף = وقف «legavit in pios usus»; cf. tituli 80 v. 8 bis.

Versus 3. תורם «taurus», cum *mimo* indeterminatio- nis; cf. tituli 80 v. 9; 82 v. 5. — בנן «quum»; cf. titu- lorum 80 v. 3; 84 v. 3; necnon titulum 14^m Academiae, v. 5, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 76-77. — עוס certe calamitatem exprimit; cuius autem generis sit non liquet. Quum radix arabica عاس «obivit noctu» significet, nescimus an de incursione nocturna agatur. Halévy: «deprædation». Fortasse arabicum عوز «egestas, inopia» comparandum, etsi geminæ radices litteris sibilis differunt. Quidquid id est, mirare substan- tivum עוס in statu constructo, quem more æthiopico pro- nomen ל sequitur: cf. D. H. Müller, *Der Status construc- tus im Himjarischen*, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 121, n. 1.

Versus 4. בארצן «in hac regione». — סמהכרב nomen proprium eponymi; cf. titulos 37, v. 1; 73, v. 10; 83, v. 5; etc.

Versus 5. תבעכרב; cf. tituli 83 v. 6; necnon Fres- nel 56, v. 1; Hal. 485, v. 5; 604, v. 6 et 7; etc. — פצהם nomen proprium hominis; cf. Hal. 48, v. 13; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 75. — והאחרו «distulerunt» sequente הופין «pensionem, solu- tionem»; cf. in Vetere Testamento *Ecc.*, v. 3, אל־תֶּאֱחָר לְשִׁלְמוֹ.

Versus 6. מוכלן; cf. מוכלם in tituli 80 v. 9 et 10. Sensus est: «quod commendatum erat», sive taurus sit (v. 3), sive alterum donum Īlmakḳāho votum. — ונכר

